

# SACRÆ CONCIONES

In diem primum Solennis gratiarum actionis & publicarum precum hoc anno M DC LXII, XX Junij habendarum, in gratiam Cleri Aboensis Dioeceseos breviter delineatæ.

## CONCIOMATUTINA

*Ex Deut. XI. vers. XIII, XIV, XV, XVI, XVII.*

**H**oc anno perinde ut superioribus à Sacra Regia Majestate Domino nostro Clementissimo tres iterum nobis clementissimè injuncti sunt Solennium precum & gratiarum actionis dies, singulariq; pietatis zelo ac prudentia textus ordinati sunt, ad primum quidem terni ex Deuteronomio; ad secundum terni iterum ex Psalmis; ad ultimum totidem ex Esaja, ut sic & Moses, & Psalmi, & Prophetæ nostri nos officij admoneant, quos & audire jubemur si cruciatus inferni evadere & in sinu Abrahæ gaudio frui velimus, Luc. 16. Unde & ipse Christus suos ad discipulos Emaunticos textus excerpfit, Luc. 24, 44.

### T E X T U S.

*Si seriò auscultaveritis præcepta mea &c!*

In hoc textu Deus populo suo promittit annonæ ubertatem & omnis generis prosperitatem, si ipsi morem gesserit & præceptis ejus obediverit. Contra, minatur ei annonæ caritatem populiq; ac terræ excidium, si à Deo recedens alios Deos coluerit.

*Dua igitur sunt partes, Prior de obedientia præmio, altera de pœna prævaricationis,*

# Prima Pars

## De obedientiæ præmio.

v. 13. *Si serio auscultaveritis præcepta mea.*

Hic primò considera *Quis hæc loquatur.*

Verba hæc Moses proloquitur, non tamen suo nomine, sed ejus qui populum suum manu forti & brachio extenso, multisq; miraculis ex Ægypto eduxit, quem Pharaonem Regem Æg. totum exercitum Ægyptiorum, equos & currus eorum mari rubro obruit. Qui Dathanum & Abiramum, rebelles Eliabi filios, æterna internecone perdidit, ubi terra aperiens os suum eos absorbit, & domos eorum, & tentoria eorum, & omnia corpora viventia quæ eos sequebantur. Qui ideo honorem & metum ab iis stipulatur, terramq; eis promittit Ægypto multò fertiliorem, quam & curæ sibi fore ait, ab anni principio usq; ad finem, sicut hæc omnia Moses de Deo commemorat ab initio hujus capituli.

Secundò, *quos alloquatur.* Populum alloquitur Israeliticum, quem tot, tamq; immensis beneficijs affecerat, quem selegerat ut esset ei populus peculiaris præ omnibus qui sunt sub universo cælo, non ex eorum merito, sed ex mera sua dilectione, & quod servare vellet juramentum quod juraverat majoribus eorum, sup. cap. 7, v. 6, 7, 8. Quos quadraginta jam annos cibaverat Mannâ, quod majores eorum non cognoverunt &c. &c. cap. 8, 3, 4, 5. Quæ ergo gens unquam fuit vel futura est, cui Deus ita propinquus fuerit &c. &c. cap. 4, 7, 8. Hunc ergo populum divinus ille præco alloquitur.

Tertio, *Quid ab illis requirat.* breviter, *Obedientiam, amorem, cultum.* Si auscultando auscultaveris præceptis meis. Unam hic speciem divinorum mandatorum exprimi

30

primit, at initio capituli plures enumerat, utp. observatio-  
nem, statuta, judicia, praecepta. Ubi Hebraei doctores  
notant illud *Schemor observationes*, generaliter quasvis le-  
ges comprehendere, ceteris vero appellationibus tria le-  
gum genera denotari, naturales, ceremoniales, civiles, ut  
id videre est ex Annotat. in cap. 26. Geneseos v. 5. Hic  
*κατ' ἐξουσίαν* legum maximè praecipuae exprimuntur,  
nim. Praecepta seu leges morales, sub quarum complexu  
ceterae tamen comprehenduntur, quod ex primo hujus cap.  
versu facile intelligitur. Nullam ergo divinatorum man-  
datorum partem omitti vult, sed universam Dei legem  
ex asse servari, & ut voci Dei per omnia obtemperent.  
Primum ergo quod hic requirit est *obedientia*. Deinde  
*dilectionem*, idq; optimo jure, non tantum quod is opti-  
mus sit, & propterea maximè amabilis, sed etiam quod  
tot bonis praë omnibus mortalibus populum suum cu-  
mulaverit. Prior namq; Deus populum suum dilexit, ut  
ex cap. 7, 8 audivimus: aequum igitur erat, ut eum redam-  
arent. Ideo dicit: Audi Israel Jehovah Deus tuus Je-  
hovah unus est, diliges ergo Jehovahm &c. Cap. 6, 4, 5.

Postremò etiam *cultum*, idq; ob eandem rationem, ipsa  
enim Jehovah Deus noster est, &c. Jehovahm itaque  
Deum tuum timebis, & ipsum coles, & per nomen ejus  
jurabis, cap. 6, 12, 13. quod ipsum repetit cap. 10, 20.

Quò modò autem haec tria praestari vult, indicat se-  
quentibus verbis: *ex toto corde vestro, & ex toto a-*  
*nimo vestro*. h. e. Deus vult mandata sua perfecte ob-  
servari. Vult perfecte diligi. Vult integre coli atq; timeri.

Haec duplicem habent sensum. Nam primò juxta ri-  
gorem legis perfectam ab hominibus requirit obedienti-  
am, perfectum amorem, perfectum cultum atq; timorem  
Cumq; nemo hominum tam exactam Deo obedientiam,

amorem atq; cultum præstare possit, siquidem nemo potest legi exactè satisfacere, itaq; omnes homines juxta talem legis rigorem sub maledictione sunt: scriptum enim est, maledictus omnis qui non manserit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis, ut faciat ea, Gal. 3, 10 Adde Rom. 3, 19, 20. Atq; hoc sensu, licet justissimè, impossibilia à nobis requirit Deus. Sic Christus Legis perito, qui ex lege justificari voluit, ait Christus, si vis vitam ingredi, serva mandata, Matth. 19, 17. & apud Lucam: fac hoc & vives, c. 10, 25. Sed alio sensu à reconciliatis perfectam Deus requirit obedientiam, ut Deum timeant diligantq; ex toto corde & ex toto animo, h. e. non fucatè, non ex hypocrisi, sicut nimirum Pharisei alijq; hypocritæ, qui fide in Christum destituti justitiam suam jactabant, sicut ille Luc. 18, 11. At qui per fidem Deo sunt reconciliati, illi ex toto corde & toto animo divinis obtemperant mandatis, Deumq; diligunt & colunt, h. e. non fucatè, sed syncerè & ex animo. Hoc sensu Deus Abrahamo ait: ambula coram me, & esto perfectus, Gen. 17, 1. & cap. 26, 5, hoc elogium Deus Abrahamo vitâ jam defuncto tribuit, quod auscultaverit inquit voci meæ, & observaverit observationem meam, præcepta mea, & leges meas. Vide quid Samuel de Davide ait 1 Sam. 13, 14. & David de semet ipso Ps. 26, 1, 2. & 6. Et hoc sensu Zacharias & Elisabeth ambo dicuntur justii coram Deo, incedentes in omnibus mandatis ejus & in rectitudine Domini sine reprehensione, Luc. 1, 6. Nam licet sancti Dei homines nunquam sine nævo sint, sed necesse habeant omnes Deum pro peccatorum remissione semper orare, Ps. 32, 6. opera tamen eorum Deo placent, quia per fidem sunt justificati, & Christo inserti, vide Rom. 4, 7. & c. 8, 1.

77. 85  
77.

Quarto *Quid illis promittat.* vers. 14. Qui in hunc modum Deo ex animo obediunt, sine fuce eum diligunt & colunt, is promittit Deus *pluviam terræ ipsorum tempore suo, tempestivam & serotinam.* Per tempestivam intelligit pluviam quæ decidit semente jactâ, germinationis causâ: per serotinam, eam quæ postea decidere solet, quum jam grandior est seges, eam conservans ab uredine. Hujus pluvix effectum describit, primò *collectionem frumenti, musti & olei.* i. e. omnis generis proventum ex agro, vinea & oliveto. Deinde v. 15 *herbam in agro tuo,* i. e. in campo, nimirum pro jumentis. Additur finis; *ut comedas & satureris.* Nam cum campus copiosum producit gramen, crescunt & saginantur armenta & greges. Est ergo hæc elegans descriptio ubertatis annonæ quam Deus populo suo promittit, quæ non obtingit, nisi Deus largum & tempestivum concedat imbrem. Recita ex Psal. sexagesimo quinto versus 10, 11, 12, 13, 14.

#### Applicatio ad nos nostraq; tempora.

Postquam nunc Dei beneficio in unum corpus cum populo Dei V. T. ti coaluimus. (recita ex Eph. c. 2, versus 14, 18, & 19.) ideo omnia hæc quæ populo Israelitico Dei nomine edicit Moses, ad nos attinere arbitrabimur. Dei nomine in hunc modum nos Moses etiam alloquitur, quos ex infernali Pharaonis æterna servitute non minus quam populum Isr. per sanguinem Christi Deus liberavit, persecutore nostro cum universo peccatorum exercitu per baptismum, qui mari rubro figurabatur, immerso. Exercuit potentiam in brachio suo, Luc. 1, 51, 52. Adde Eph. 4, 8, & Col. 2, 15.

A nobis igitur meritò requirit obedientiam, amorem & cultum, nimirum, ut siue timore, &c. Luc. 1, 75,

78.55  
55  
Licet autem legem implere nequeamus, sed peccatum  
semper adhæreat nobis, ita ut non quod volumus id a-  
gamus, sed sæpenumero id quod odimus, uti Paulus de  
semet conqueritur Rom. 7, 15. Vult tamen ut legem,  
& præcipuè Decalogum, ut normam actionum nostra-  
rum semper nobis ob oculos ponamus, caveamusq; ne  
regnet peccatum &c. ex epist. ad Rom. c. 6, v. 12, 13, 14.

Quod si ita justitiæ studemus, & spiritu actiones car-  
nis mortificamus, certi erimus de Dei patrocinio favore  
& benignitate. Certi erimus de paterna ejus cura non  
tantum animarum, sed & corporum nostrorum, uti Chri-  
stus coelestis patris curam de nobis luculenter describit  
Matth. 6. Huc pertinet annonæ ubertas, quæ hoc loco  
pluviæ tempestivæ & serotinæ mentione designatur, cum  
ea causa sit uberioris proventus ex agro & campo, ut  
promptuaria nostra plena sint exhibitentia perpetuam an-  
nonam, &c. ex Psal. 144, vers. 14, 15, 16, 17.

### LOCI COMMUNES.

I. Iis qui diligunt Deum omnia adjumento sunt in bo-  
num Rom. 8, 28. & pietas ad omnia utilis &c. 1. Tim. 4, 8.  
h. e. Si Deum timemus & diligimus, præceptaq; ejus, quan-  
tum in hac infirmitate fieri possit, observamus, si in spi-  
ritu ambulamus & operibus carnis non indulgemus, tum  
non tantum vitæ aternæ hæredes erimus, sed & præsen-  
tis vitæ commoda percipiemus: perpetuam annonam, li-  
cet aliquando tenuem, famis tamen levamen futuram:  
corporis sanitatem, & sub morbis atq; in ipso mortis  
articulo præsentissimum Dei auxilium & Sp. Sancti conso-  
lationem: Pacem deniq; ac securitatem ut confideat quisq;  
sub ficu sua & sub vinea sua, nemine deterrente, Mich. 4, 4.  
i. e. securissimè suo quisq; fruatur. Cum verò sæpè ac-  
cidat ut pij publicæ poenæ, quam Deus ob impiorum  
scelera

708  
32  
scelera hominibus infligit, involvantur, id non poenæ rationem apud eos habebit, sed paternæ castigationis. Inter ea certi sumus quod neq; afflictio &c. Rom. 8. 35.

Sic Deus in publicis calamitatibus finit pios aliquando fame perire, sicut de multis martyribus testatur Euseb. l. 6 hist. Eccl. c. 31, & l. 8, c. 8. Sed verè non pereunt quicumq; enim in Christum credit, non peribit, sed habebit vitam æternam Joh. 3. Gaudete, quia merces vestra copiosa est in cœlis, Matth. 5. Nam quando Deo non placeat piis externa & corporalia dare, donat pro illis spiritualia & coelestia. Sic martyribus istis pro corporali pane dedit spiritualem, pro terreno coelestem, quò sustentati fuerunt ad vitam æternam; non enim solo pane vivit homo, sed quovis verbo quod egreditur ex ore Dei, Matth. 4.

II. Licet pluvia naturales habeat causas, extractionem scilicet vaporum qui in nubes condensantur, quæ deinde dissolvuntur in guttulas aquarum; Naturæ tamen autor & moderator Deus, qui meteoris aliisque rebus naturalibus pro liberrimo suo nutu utitur vel ad piorum auxilium, vel ad poenam impiorum, pluviam aliquando largitur, aliquando cohibet, & cum cadit, aliquando faventis Dei indicium est, utp. cum terram rigat, eamq; germinare facit, El. 55, 10, aliquando irati, ut cum terram obruit, sicut in diluviis fieri solet. Si voci Dei auscultamus, si eum serio & ex animo diligimus & colimus, dabit terræ nostræ pluviam tempestivam & ferotinam. Si ambulaveris inquit Deus in statutis meis &c. Utiq; dabo pluvias vestras tempore suo, edetq; terra proventum suum Lev. 26, 3, 4. Adde ex Jobo aurea illa dicta c. 5, 10. c. 37, 5. c. 38, 25, 26, 37, 38. Item ex Psalterio Pf. 65, 10. 11. 104, 13. 147, 8. Ex Esaja cap. 30, 23. 55, 10. ex Jerem. c. 10,

13. 14. 22. ex Ezechiele cap. 34, 26, 27. ex Joele c. 2, 23. Ex actis Apost. c. 14, 17. & Epist. Jacobi c. 5, 7. Quæ omnia hanc rem mirificè illustrant.

III. Cum pluvia tempestivè cadit, & terra edit proventum suum ita ut panem abunde habeamus quem edamus, & semen quo agros nostros conseramus, cum inquam hæc felicitas nobis obtingit, non cogitemus id fortuito casu evenire, nec ex necessario astrorum influxu, sed ex singulari Dei favore ac benignitate. Omne enim donum &c. Jacobi 1, 17. Itaquæ cum pro hocce immenso, ac terræ nostræ tam necessario dono devotissimas gratias agere debemus. Ne simus ut equus & mulus mentis expertes, Pl. 32, 9. qui cum vireta depaſeunt, in terram proni de gula sua tantum solliciti sunt, & agrorum lilia, quorum pulchritudo etiam Salomonis preciosissimum amictum vincit, pedibus calcant, at unde hæc felicitas illis obtingit, ne cogitant quidem, nequæ id Deus ab illis requirit, cum ratio eos destituat. Nos autem quos rationis compotes, & divinæ naturæ consortes finxit, coelum suspiciamus unde tanta felicitas nobis obtingit, atquæ pro tam divino munere devotissimas Deo gratias agamus, memores istius Poëtæ: *Pronaque dum spectant animantia cætera terram, Os homini sublime dedit cælumquæ tueri iussit & erectos ad sidera tollere vultus.* Amplifica hæc ex illustribus Psalmistæ dictis Pl. 147, v. 7, 8, 9. & 107, v. 5, 8, 9. Hoc fac quotiescunquæ mensam accedis, variis cibus instructam, & cogita quam benignum hebeas pastorem ac magnificum hospitem, qui te quotidie cibo potuquæ reficit ac sustentat. Fac hoc cum cibum jam sumpseris, & cum satiatus fueris, benedic Jehovah Deo tuo, pro terra optima quam dedit tibi, Deut. 8, 10, & cogita quam multi fame & inedia conficiantur. Tritum est: *Gratiarum*

*actio*



actio invitatio est ad plus dandum, Tum demum Deum ad  
plura beneficia nobis conferenda invitamus, cum pro  
acceptis gratias agimus; contra, ingratitude pessimum est  
scelus, Deo, Angelis, hominibus invisum, quippe quâ di-  
vinam benignitatem à nobis repellimus. Petatur exem-  
plum ex Israelitis Deut. 32, 13, 14, 15. Sed quantum mali  
sua sibi attrahant ingratitude, postea exponit Moses,  
& nunc ex altera hujus concionis parte sumus audituri.

## Secunda Pars

### de pœna inobedientiæ.

Sicut priori parte largam annonæ ubertatem & om-  
nigenam prosperitatem promittit iis qui præceptis e-  
jus auscultaverint; ita hic contra terræ sterilitatem &  
extremum excidium denunciat iis qui ei obedire detre-  
ctaverint, *Cavete inquit vobis ne seducatur animus  
vester.*

Animus seu cor hominis ex se pravam est, & pro-  
num ad omnem malitiam, Gen. 6, 5. & 8, 21 & Jer. 17,  
9. fons & scaturigo omnium malarum actionum, Matt.  
15, 19. Unde nisi repagulo divinæ legis & metu Dei  
coerceatur, non secus ac venenatus fons mortiferam eru-  
cat aquam, Sicut puteus evomit aquam suam, sic  
ista (Hierusalem) ebullit malitiam suam, Jerem. 6, 7.  
Radix est, germinans fel & absinthium, id est gravissi-  
ma peccata, Deut. 29, 18. Omnium autem peccatorum  
gravissimum est Apostasia seu defectio à Deo, quan-  
do nim. quis corde suo recedit à Deo & colit alios Deos.  
Nam duo mala faciunt isti &c. Jer. 2, 13. Tale pecca-  
tum origo est omnium peccatorum; nam qui Deos se-

B

ciatur

*Apostasia seu defectio  
à Deo*

verum Deum, qui populum hunc eduxit e domo servi-  
tutis. Ille profanat & ignominia afficit Dei nomen,  
illud idolis tribuens. Cultum Dei debitum exhibet diis  
alienis. Nullam opus Deo placens exercet erga proxi-  
mum: quia quicquid non est ex fide peccatum est. Rom.  
14. 23. Ideo hoc apostasie peccatum hic exprimitur,  
ejus tamen complexu cætera omnia comprehenduntur,  
Hoc peccato Deus, aliàs ad iram tardus, Ex. 34. 6, pro-  
vocatus irâ accenditur. Effectus iræ divinæ hic loci  
commemorantur, Primus, agrorum sterilitas & caritas  
annonæ, quæ per oclusionem cœli describitur, *claudet*  
*inquit celos &c.* Declara ex Deut. 32, 22. Secundus,  
Populi interitus & exterminatio e terra, *sic inquit pe-*  
*restis celeriter e terra illa optima, quam Jehovab da-*  
*turus est vobis.* Nam ob talia scelera Deus gentem il-  
lam, quæ terram Canaan jam occupabat, eiecit, eademq;  
pœna populum Dei maneret, si eadem perpetraturus esset  
flagitia, Lev. 26, 22, 23.

Et quod illis hic comminatur, id postea reapse imple-  
vit; Nam primo rebellem populum fame & inedia doma-  
vit, Exempla vide Ruth. 1, 1. 2 Sam. 21, 1. 1 Reg. 17, 1. 2 Reg. 6,  
25, & 8, 1. & 25, 3. Deinde, cum nec sic quidem resipi-  
scent, deportatione decem tribuum Israelis in perpe-  
tuum exilium, 2 R. 17. Judæorum in captivit. Babylo-  
nicam, c. 25. Tandem ultimo Hierosolymæ excidio &  
universæ terræ devastatione, quam describit Josephus  
Judaicus scriptor libro 6 & 7 belli Judaici.

#### Applicatio ad nos

Hæc omnia quæ contigerunt illis, typicè evenerunt  
eis, &c, 1 Cor. 10, 11. Adde verba Salvatoris Luc. 13, 2, 3,

4, 5. Nam similia peccata similes merentur poenas: Si enim Deus naturalibus non pepercit ramis, vide ne tibi quoq; non parcat, Rom. 11, 21.

## LOCI COMMUNES

I. Qui à Deo deficiunt, ejus voci non obtemperant, ipsum non diligunt, non colunt, attrahunt, non sibi tantum, sed sæpe universæ terræ quam incolunt, inter alias publicas calamitates, etiam annonæ caritatem & extremam internecionem. Recita Dei comminationem Deut. 28, 15, 23, 24. Tolerat equidem Deus diu eorum impietatem, & adeo est misericors, ut oriri faciat solem suum super bonos & malos, & dimittat pluviam suam super justos & injustos, Matth. 5 45. Sed cum hi non considerant benignitatem Dei ad resipiscentiam se ducere, Rom. 2, 4, Ideo Deus ad eorum correctionem demittit pluviam super civitatem unam, super civitatem autem alteram non demittit, &c. Am. 4, 7. Sed quum neq; hoc pacto ferreos eorum animos flectere potest, tum vel ita cohibet aquas ut arescant, vel ita cavitat eas, ut subvertant terram, Job. 12, 15.

II. Licet siccitas & aquarum defectus à causis naturalibus perinde uti pluvia oriatur, &c. *Accommodetur hæc doctrina juxta dispositionem secundæ doctrinæ prioris partis.*

III. Quando ergo videmus terram siccitate tabescere, agros messem suam, & campum gramen denegare, cogitemus id non nisi ob peccata nostra nobis evenire. Pœnitentiam ergo agamus. Deumq; ardenter oremus ut pœnam vel avertat vel mitiget. Nam oratio cum seriâ pœnitentiâ conjuncta unicum medium est placan-

87.  
placandi iratum Deum, & impetrandi cœlestia  
dona. Ipse solus pluviam & imbrem largiri po-  
test. Omnes principes terræ, quantacunq; polle-  
ant potentia & autoritate, si omnes vires suas con-  
jungant, non possunt vel unicam pluvix guttam  
cœlitus producere. Omnes Philosophi, qui causas  
rerum naturalium ad unguem novisse sibi ima-  
ginantur, si omnem suam sapientiam conjun-  
gant, vix roris guttulam efficere poterunt. An sunt  
inter vanitates gentium seu idola qui pluviam e-  
dant? &c. Jer. 14, 22. vide quomodo Deus queritur  
super duritie populi sui Jer. c. 5, 23, 24. Itaq; quum  
terra nostra ob siccitatem rimas agit & fatiscit;  
quum ager proventum suum hominibus dare  
nequit, vel campus herbam jumentis, quum ma-  
gnifici minimos suos ad aquas emittunt, qui ve-  
nientes ad fossas non inveniunt aquas &c. &c. Jer.  
14, 3, 4, 5, 6. Tum ad unicum hoc remedium no-  
bis confugiendum est, Deusq; nobis exorandus  
ut terræ raptuuras sanare velit. Peramus â Jeho-  
va pluviam, &c. Zach. 10, 1. Magna enim vis  
est orationis quâ justus orat, ait Jacobus c. 5, 17.  
quod etiam Eliæ exemplo luculenter demonstrat.  
Hinc dixere etiam gentiles Poëtæ, oratione  
& labore bona sua Deos vende-  
re mortalibus.

S O L I D E O G L O R I A.

8508  
35  
SECUNDÆ CONCIONIS

In summa Missa habendæ

Ex Deut. cap. XXVI vers. 15, 16, 17, 18, 19.

adhuc brevior delineatio.

Proccemium petatur ex patentibus S.R.M. literis.

TEXTUS.

Vers. 15. *Prospice ex habitaculo sanctitatis tuæ à cœlis &c.*

**T**otum prope caput 26 Deut. gratiarum actionis ceremonias & formulas Israelitis præscribit, quibus pro præstitis beneficijs, præsertim hæreditate terræ Canaan, ut & larga annonâ gratitudinem suam erga Deum declararent. Tales ceremoniæ duæ erant: altera oblatio primitiarum ex frugibus, usq; ad vers. 12. altera decimarum tertio quoq; anno, inde usq; ad vers. 16. Deus enim pro summis beneficijs nihil remunerationis ab iis reposcit, nisi gratiarum actionem, non verbis tantummodo, sed affectu etiam & opere.

Verbis quidem, quod totam illam felicitatem, non Majoribus suis, nec ulli homini, sed Dei benignitati, in solidum adscribere deberent: nam primò, Syrus erat pater eorum v. 5, Iacob scil. afflictus & egenus, qui apud impium Labanum in Syria duram servivit servitutem. Deinde fame compulsus in Ægyptum descendit, ibid. Postremò in immensum iam auctus misera in Ægypto servitute opprimebatur. v. 6. Hunc egenum populum Deus in optimam istam terram introduxit, quæ varii generis fruges ipsis protulit, unde hæc primitias, in grati animi signum, Deo offerrent, 8, 9, 10.

Affectum gestus exprimere debebant, incurvatio atq;

C

lætitia

læticia coram Iehová, 10, 11. Opere verò quod non soli, sed unà cum illis Levita & perigrinus, lætitiã ista atq; bonis istis fruerentur, ibid. Altera gratiarum actionis ceremonia, Decimarum erat oblatio, insigne grati erga Deum animi argumentum. Decimæ Levitis quidem singulis annis dabantur; At tertio quoq; anno & pauperibus & Levitis, qui & ideo *decimarum annus* hic vocatur v. 12 Hanc oblationem sequebatur] confessio, v. 13. 14, & precatio, v. 15. et hætenus ceremoniæ gratiarum actionis. Sequitur v. 16. Commonefactio faderis Dei cum Israclitis initi, & mutua obligatio, usq; ad finem capitis.

*Et hæc postrema duo hodiernus Textus comprehendit, precationem nimirum, & commonefactionem. Et tot partes nobis nunc considerande sunt.*

## Pars Prima Precatio

continetur uno versiculo.

*Vers. 15. Prospice ex habitaculo sanctitatis tuae e caelis, & benedic populo tuo &c.*

Consideranda hic sunt primò, *Quis precetur.* Nempe Israelita, qui jam in terram Canaan introductus tertio quoq; anno decimas pauperibus solvere tenebatur, nim, ex divinæ legis præscripto, sup. v. 12, sicut & cap. 14, 28. Nempe decimas ex frumento, musto, oleo, nec non primogenita ex armento & grege, ibid. v. 22. Ex hisce omnibus lautum instituendum erat convivium, non tantum pro semet suaq; familia, sed etiam pro Levita, peregrino, pupillo & vidua, c. 14, 29, & hic v. 12. Hisce omnibus ritè peractis confessio edenda erat, quæ v. 13 & 14 continetur, quam sequi debebat hæc precatio. Secundò, *ad quem precatio dirigenda erat,* nim, ad Deum O. M. qui de,

qui describitur 1 ab habitaculo suo in coelis, 2 ab omni-  
scientia sua & cura nostri, qui licet in coelo tanquam Ma-  
jestatis suæ solio resideat, humilia tamen respicit, Ps. 113,  
5, 6: & Es. 66, 1. Tertio, *Quid precetur*, ut benedicat 1  
populo, 2 terræ. Populus describitur nomine stirpis eo-  
rum *Israel*, quod nomen Jacob cum Deo colluctatus ade-  
ptus est, vid. Annot. meas in Gen. c. 32, 28. Terra descri-  
bitur ex affluentia lactis & mellis. Cur autem lactis &  
mellis præcipuè mentio fiat, cum ex Deut. cap. 8, v. 7, 8, 9,  
constet eam aliarum quoq; præstantium rerum feracissi-  
mam fuisse, consuli poterunt Annot. meæ in Exod. c. 3, &

## LOCI COMMUNES.

Licet ceremoniæ V. T. nos non obligent, rem ipsam  
tamen quam repræsentabant non minus à nobis Deus  
requirit, pro præstitis nim. beneficiis devotissimam gratia-  
rum actionem. Imo tantò ardentius gratiæ Deo à no-  
bis agenda sunt, quantò majora nobis præcunctis circum-  
quaq; regionibus beneficia divinitus collata sunt. Talia  
sunt *summa in vera religione per universam patriam unio &  
concordia: Admiranda liberatio ex tot cruentis bellis & insensif-  
simis hostibus, qua ante paucos annos patria nostra extremum  
excidium & vastationem minabantur. Nisi Iehovah adfuisse  
nobis, recitata totum Psal. 124. Pax florentissima cum omni-  
bus vicinis, ut gladii nunc in ligones contusi sint, & ha-  
stæ in falces, nullaq; gens in nos gladium attollat, Es. 2,  
4. Pacis Deus cessare fecit bella &c. Psal. 46, 10. Con-  
servatio à peste, nec non inaudita fame, qua in finitimos hisce an-  
nis grassata sunt. At nos consideremus in latibulo excelsi.  
Ipse nos eripuit à peste ærumnosissima, Ps. 91, 1, 3, 4. Ipse  
statuta messis conservavit nobis, Jer. 5, 24. Dicamus  
ergo cum Psalmista: Magnifica Jehovah effecit erga nos,*

Devotissimam  
gratiarum actionem  
Deus à nobis requirit

38. 10  
simus ergo læti, Pl. 126, 3. Non nobis Jehovah, non nobis, sed nomini tuo da gloriam, Pl. 115, 1.

Sin verò grato animo tanta Dei beneficia nolimus agnoscere, quid facimus aliud, nisi quod Deum provocamus, ut rupto, quò hæctenus tot mala cohibita sunt, repagulo, effundat in nos spiritum vertiginis, bella, pestes, famem, omnesq; creaturas suas adversus nos armet, convertatq; felicitatem nostram in miseriam, gaudium in luctum, pacem & securitatem in bellum & calamitatem. Audimus proli dolor in patria nostra gliscere dissidia religionis, summa capita inter se collidi & publicis scriptis se invicem insultari. Audimus nefaria consilia adversus patriam nostram in aulis principum agitari. Audimus dira in orbe Christiano omina, certissima futurarum calamitatum prænuincia. Experimur ab initio hujus Maji, usq; ad hanc quò hæc scribo 21 ejusd. mensis diem, inusitatum frigus, quò vix intensius in hujus anni Ianuario extitit. Quid nobis inde expectandum erit quam dentium mundities & cibi penuria, Am. 4, 6. unde tabes & varii morbi oriri solent. Meminerimus quid Deus ingratis Israelitis comminatur Deut. 22, 6, 22, 23 & seqq. Nos, si eadem evadere velimus, toto pectore pro summis quibus nos affecit beneficiis gratias agere debemus.

II. Gratiarum actio non in verbis tantum modo consistit, ut ex psalmis, quoties mensam accedimus, dicamus: Confitemini Domino quoniam bonus &c. Sed in affectu etiam & opere. Consideremus cum Jacobo quam indigni simus tot & tantis beneficiis, Gen. 32, 10. Incurvemus nos & procumbamus, & flectamus genua coram Jehova qui fecit nos, cum ipse sit Deus noster, nos autem &c. psalm. 95, 6, 7. Imò quid sumus quam pulvis & cinis? Gen. 18, 27. Olim preces & gratiarum actiones fiebant genibus flexis, & manibus expansis cælum versus, 1 Reg.



3, 22, 54. *David senex gratias acturus incurravit se in cubili suis,*  
1 Reg. 1, 47. *Iudai orant Deum cum fletu ac jejuniis, tres dies*  
*indiesenter prostrati,* 2 Macch. 13, 12. *Publicanus verebatur*  
*vultum in cælum attollere, sed contundebat pectus suum,* Luc.  
18, 13, *Quod Achab, impius alias Rex, laceraret vestes*  
*suas, & cum cilicio ieiunaret atque cubaret, pepercit ei*  
*Deus,* 1 Reg. 21, 27, 29. *At hodierni aulici, qui orantes vel*  
*gratias agentes ne minimam devotianimi significationem*  
*Deo exhibent, quid nisi ignominia Deum afficiunt, &*  
*ad subtrahendam gratiam poenamq; infligendam irritant?*  
*sed Deus bone, quam multos hi inveniunt abominandæ*  
*impietatis æmulos, qui inter orandum & gratias agen-*  
*dum quasi stipitem deglutiissent vel poplite carerent, an-*  
*fatis brachiis consistunt, vel si quæ illis est, barbam velli-*  
*cant, vel cum canib. ludunt, vel oculos quaqua versum cir-*  
*cumferunt. vel quiduis deniq; agunt, ne pietatis aliquod in-*  
*dicium prodere videantur. Putatis ne, uti piis homini-*  
*bus, ita multo magis Deo & sanctis Angelis abominabi-*  
*lem esse vestram orationem? Imò quantum in vobis est, be-*  
*neficia Dei, quorum nomine gratiæ erant agenda, à no-*  
*bis & patria longè facessere iubetis. Contra, mala qui de-*  
*precanda forent, vobis & patriæ attrahitis. Et hec de ge-*  
*stibus.*

*Opere gratitudinem nostram declaramus, quum concessis*  
*divinitus donis non soli fruimur, sed una nobiscum Le-*  
*vita, peregrinus, vidua ac pupilli. Summa: beneficentiam*  
*nostram Deus requirit in verbi divini ministros & pauperes.*  
*De decimis lege Annot. in Gen. c. 28, 21. De perigrinis,*  
*ut & viduis atq; pupillis, Ex. 22, 21.*

III. *Præcipua ex priori parte doctrina fuit de orati-*  
*one seu precibus ad Deum, exemplo Israelitarum, qui ex*  
*div. mandato hæc preces ad Deum fundebant. Sunt enim*

*preces cum serâ penitentiâ conjunctæ, ut ex prima concionè au-*  
*divimus, unicum medium, quo iram Dei placare, publicas & pri-*  
*vatas calamitates avertere, bona omnia impetrare, & Deum cum*  
*sua benedictione apud nos retinere valeamus. Ignis divinæ iræ pre-*  
*cibus Mosis extingvitur, Num. 11, 2. Vi precum Samue-*  
*lis Deus intonat contra Philistæos eosq; fundit, 1 Sam. 8,*  
*10. Fames, pestis, uredo, rubigo, locusta, bruchus quæcunq;*  
*plaga & quæcunq; ægritudo precibus ad Deum fufis de-*  
*pelluntur, 1 Reg. 8, 37. Iste pauper invocavit, & Jehovah ex-*  
*audivit, ac ab omnibus angustiis liberavit eum, Pf. 34, 7,*  
*18. Omnia bona precibus impetramus juxta Christi pro-*  
*missionem, quicquid petieritis in nomine meo, hoc faci-*  
*am, Joh. 14, 13, 14. Discipuli Christum longius abire volen-*  
*tem precibus retinuerunt, Luc. 24, 29. Imò preces instar*  
*clavis sunt, qua cœlum & clauditur & aperitur, Jac. 5, 17, 18.*  
*Arma nostra sunt quibus superamus non tantum Satha-*  
*nam ejusq; tentationes omnes, Eph. 6, 18, sed & Deum i-*  
*plum, exemplo Mosis, Ex. 32, 10, 11, 14. & Deut. 9, 14, 18, 19,*  
*& Cananæ mulieris, Matth. 15, 28. Tanquam murus vel*  
*propugnaculum sunt, cohibens iram Dei & publicas ca-*  
*lamitates, Ez. 22, 30. nec non qualvis Sathanæ tentatio-*  
*nes; Marc. 14, 38.*

Contra cum preces negligimus magnam Sathanæ  
aperimus fenestram nos invadendi, gladium quoque Deo  
quasi in manus tradimus quo in nos sæviat.

Sed ô rem deplorandam quanto hoc medium salu-  
brius est, tanto ad id usurpandum sumus segniores, facit id  
carnis imbecillitas & somnolentia nostra, exemplo discipu-  
lorum Marc. 14, 38. Securitas & persuasio perpetuæ felicitatis,  
Ez. 28, 15, 18. Perniciosa etiam est hæc cogitatio,  
quod Deus ob peccatorum nostrorum magnitudinem pre-  
ces nostras aversetur. Sed ad superanda hæc obstacula  
confide.

91  
38

consideremus : Mandatum Dei, in voce me &c. Ps. 50, 15. Pa-  
tite, quærite, pullate, Matth. 7, 7, Luc. 19, 9. Precationem à no-  
bis requirit 2 & 3 præceptum. Cave ergo ne inobedientia tua  
& precum neglectu Deum gravius irrites. 2 Divinam pro-  
missionem quam mandato adjunxit, ibid. hisce duobus soli-  
dissimis fundamentis inniti debet oratio nostra. 3. Quò  
nullus relinquatur dubitandi locus an preces nostræ Deo  
placeant, ideo sicut hic V. T. populo formula præscripta est,  
ita Christus certam nobis in N. T. precandi formam tradidit,  
quæ certe omnes reliquas orationes longè antecellit: nam  
septem brevissimis petitionibus constat, quæ omnes o-  
mnin opias preces quantumvis prolixas in se comple-  
ctuntur. Et in prioribus tribus spiritualia quidem peti-  
mus, nimirum ut Deus Pater qui nos ad sui nominis glo-  
riam creavit eorformet omnia nostra cogitata, dicta, & fa-  
cta, ad sui nominis gloriam & sanctificandum ejus nomen.  
Ut Dei Filius qui Ecclesiam suam, quæ regnum ipsius in  
hisce terris est, sanguine suo redemit, adeoq; caput ejus  
est, eam verbo & sacramentis sustentet, & apud nos con-  
servet, & tandem cum triumphante Ecclesia conjungat, Ut  
Sp. Sanctus qui noster est sanctificator, sine cujus numine  
nequimus quicquam quod Deo placeat præstare, doceat  
nos omnes actiones nostras componere ad nutum Dei,  
exemplo Angelorum in coelis. Quarto loco temporalia  
inploramus, quæ panis quotidiani nomine comprehen-  
duntur. Præcipue hoc tempore ardentè & ex toto ani-  
mo orandus est Deus, ut hodiernum magistratum & temp.  
nostram omni benedictione coronet, Regni ordines pa-  
cis vinculo ac concordia sibi invicem & obedientia Magi-  
stratui jungat, omnes insidias & clancularia consilia adversus  
Regem & patriam nostram detegat & avertat, atq; tanti par-  
tam pacem sartam tectam nobis conservet, bellum vero &  
publi-

publicas calamitates alias à patriæ finibus longe propulset. Tribus posterioribus petitionibus deprecamur mala animæ & corporis. Et quidem Deum Patrem oramus ut intuitu meriti Filii sui omnia peccata nostra remittat. Dei Filium qui per omnia tentatus est, ut adversus tentationes nos muniat & tentatis succurrat. Sp. Sanctum denique & paraletum nostrum, ut in omnibus adversis & afflictionibus, quin & in ipsa morte nos consoletur, roboret & conservet, atq; sic ab omni malo liberet. Atq; hæc cum in nomine Jesu petimus, certi sumus nos juxta voluntatem Dei orare & certo exauditum iri.

Pars Secunda.

*Mutuum continet fœdus seu obligationem inter Deum & Israelitas.*

Israelitæ à sua parte recipiunt se toto corde & toto animo observaturos omnia præcepta Dei. Nimirum ut illum Deum qui eos è terra Egypti eduxit, pro suo Deo agnoscant colantq; , ita ut ambulent in viis ejus observent statuta ejus præceptaq; ejus & judicia ejus, & dicto ei audientes sint, v. 17. Quæ quomodo intelligenda sint ex priori parte matutinæ concionis audivimus.

Deus rursus ex sua parte Israelitas in peculiarem populum quasi manu asserit v. 18. promittitq; eum sublimem fore supra omnes gentes, laude, nomine & gloria, ut sit populus sanctus Jehovæ Deo.

Locus communis de mutua obligatione seu fœdere inter Deum & nos in baptismo inlto, ubi Deus promittit se non tam Deum nostrum fore quam benignissimum Patrem, nosq; pro liberis ex mera gratia propter Christum recepturum conservaturum, ex omnibus periculis liberaturum & tandem salvaturum; sed rursus à nobis stipulatur fidem & obedientiam, & ut Diabolo sub ejus potestate eramus, ejusq; operibus ac studiis nuncium remittamus, ut abnegata impierate & mundanis cupiditatibus, temperanter, & justè, & piè vivamus in præfenti seculo. Expectantes beatam illam spem, & illustrem illum adventum gloriæ Magni illius Dei ac Servatoris nostri Jesu Christi. Cui unâ cum Patre & Spiritu Sancto sit Laus, Honor, & gloria, in omnia seculorum secula.



nīs Gezer, v. 25. Deinde Moabitā, Syri, Ammonitā, Idū-  
māi, quos omnes devicit David subjugavitq; , *servabat e-*  
*nim Iehova Davidem quacumq; ibat*, lege cap. 8. 2. Sam. Ob  
admirandas hęc victorias psalmum hunc, qui totus est  
*ἰσχυρὸς*, composuit David. Et hīc quidem quatuor  
commemorat insignia Dei beneficia, I. v. 10 *Erīgē Je-*  
*hovah asyllum tenui*; Per tenuem seu pauperem semeti-  
psum intelligit David suiq; hęc in re similes. Nam licet  
is Regum jam esset potentissimus atq; ditissimus, tenui-  
tatem tamen suam atq; miseriam ex eo agnoscit, quod  
in medio hostium, non tantum corporalium sed & spiri-  
tualium constitutus, ne ad momentum temporis subsiste-  
re potuisset, si Deus eum deseruisset. Huic tenui pau-  
periq; Davidi Deus *asyllum* erat, arx edita, munitio, pro-  
pugnaculum, perfugium, præsertim temporibus afflictis,  
h. e. eo tempore cum humana auxilia cessarent, tunc ad  
hoc asyllum tuto se recipere potuit. II. v. 11. *Nondere-*  
*linquēs quærentes te Jehovah*; Deum quærere est eum  
invocare, declaratur id ex vers. 7 & 8, Ps. 27. Qui sic Deum  
quærunt, id est invocant, eos non derelinquit, Ps. 50, 15, &  
91, 15. Syr. 2. 12. Exemplo nobis sunt Noachus, Gen. 6, 8.  
Jacobus cap. 32, 26, 29. Josephus c. 39, 2. Jonas c. 2, 3. Da-  
niel c. 6. 20. Imo inter innumeros alios vel unus David po-  
terit sufficere, ut patet ex pugna ejus adversus Goliathum,  
1 Sam. 17, ex persecutione a Saule inde à cæso Golia-  
tho usq; ad mortem ejusdem Saulis, imo ex universa ejus  
vita, ut ipse in Psalmis suis docet. Sed inquis, si Deus  
quærentes se non derelinquit, cur ergo passus est ut pius  
Abel ab impio fratre occideretur, Gen. 4. Hieremias tot  
ludibriis exponeretur à Judæis, c. 18, 19, 20, 1. 26, 7, 32, 2. 37,  
14. & præcipue c. 38, 6. Zacharias Barachiæ filius à Judæis  
occidaretur, Matth. 23. Apostoli & Martyres à Tyrannis

95.  
40

adeo immanibus suppliciis tollerentur, ut testantur acta Apostolica & historia Ecclesiastica? Imo ut ipse Christus tot persecutiones, vincula, flagra, alapas, ludibria, & postremò acerbissimam crucis mortem pateretur? Respondeo ex hujus Psalmi vers. 8 & 9, nam *Iehovah iustus est iudex, iudicat orbem iuste, ius diciturus est nationibus rectissime.* III Itaq; beneficium nunc sequitur v. 13. *Respicit sanguinem eade fusum, horum recordatur.* mors enim sanctorum ejus preciosa est coram Iehova, Ps. 116, 15. Sic vox sanguinum Abelis ab ipsa humo Deum inclamabat, Gen. 4, 10. Cædem prophetarum consecuta est captivitas Babylonica 2 Reg. 25, & tandem extremum Hierosolymorum excidium, à Salvatore prædictum Matth. 23: super Judæos ob eadem Zachariæ; *veniet omnis sanguis super terram effusus inde à sanguine Abel, ib. v. 35. sanguis ejus inquit Judæi veniat super nos & liberos nostros,* Matth. 27, 25 h. e. nos poenas luamus istius peccati quod in eo occidendo patitur. IV vers eodem. *Non obliviscitur clamor pauperum afflictorum* Per pauperes humiles intelligit, qui ob peccata corde sunt contrito, & animo fracto, horum clamores i. e. preces, gemitus & suspiria ita Deus exaudit, ut in cassum non sint abitura. Vide loca Psal. 34, 18, 19. & 51, 19. & 69, 32, 33. Es. 57, 15. & 66, 2, Exemplis supra allatis addatur Mosis, cujus gemitus fortis erat in auribus Dei clamor, apud quem *magis valet magnus amor quam magnus clamor,* inquit Bernh. vide Annot. in Ex. c. 14, 15.

Atq; sic qualiter Deus erga nos affectus sit quasi vis coloribus Psaltes quatuor hisce divinis epithetis describit. *Est pauperum asyllum: non deserit quarentes se: requirit sanguinem suorum: Non obliviscitur clamoris pauperum.*

90  
20  
Hæc Dei Epitheta tot promissionibus totq; exemplis ac miraculis comprobata excitare in nobis debent

I. Fiduciam & spem liberationis in omnibus periculis, v. 11. *Itaq; fiduciam in te habebunt omnes qui noverunt nomen tuum.* h. e. omnes qui hæc Epitheta perfecta habent, & agnoscunt tantam Dei *φιλανθρωπίας*, illi omnem in Deo collocabunt fiduciam, *gloriantur sub spe gloriae Dei &c.* Rom. 5, 2, 3, 4, 5. *Nemo eos separabit à charitate Christi,* c. 8, 35 usq; ad finem capitis.

II. Gratiarum actionem v. 12 *Psalite Jehovæ qui habitat in Zion, annunciate inter gentes studia ejus,* in vernacula versione *Loswer Herren* rectius *Stunger Herantom*. Requirit enim divinus ille Psalter gratiarum actionem, non eam tantum quæ corde & nudis verbis fit, sed quò melius aliis innotescat, nomenq; Dei inter populos celebretur, cantu quoq; & instrumentis Musicis. Dicitur autem in Zione habitare, h. e. Hierosolymis, in V. quidem I. ubi scilicet nominis sui memoriam celebrari jussit, Ex. 20, 24. At nunc per Zionem N. T. ti Ecclesiam intelligimus: ex Zion enim prodiit doctrina &c. Es. 23.

### LOCI COMMUNES.

I. Ad exemplum Davidis indefinenter mente recollere & nunquam non commemorare debemus Dei erga nos immensa beneficia. Cum nullum sit momentum, quo non innumera à Deo percipiamus bona, ab eo vitam habemus, halitum & omnia: in ipso vivimus, movemur & sumus, Act. 17, 25, & 28. adde c. 14, 17. Et hanc à nobis gratiarum requirit actionem ut ei omnia bona referamus accepta, eaq; exemplo Israelitarum commemoremus liberis nostris, Deut. 6, 21, 23. Et sicut David in hoc Psalmo Deum celebrat ob admirandas adversus tot & tam  
potens.

*Deus  
est in  
nobis*



44.  
97.

potentes hostes victorias: ita & nos, hocce præsertim tempore, & hoc soleanni gratiarum actionis die, celebrare decet Dei misericordiam, qui nos patriamq; nostram, quum jam nullum appareret humanum auxilium, supra omnium spem & expectationem ab interitu & internecione liberavit. Cogitate non tantum potentiam, sed & immanitatem & barbaricam crudelitatem, Poloni, Moschi, Cæsaris, Dani atq; Batavi; singuli horum viribus nos longè visî sunt superare; singulis horum animus erat nos funditus evertere, & nomen nostrum è terra viventium delere; omnes simul & semel facta conspiratione in nos irruere. Nonne verè tum dicere potuimus cum Josaphato, quum in eum grassarentur immensi exercitus Ammonitarum, Moabitarum & Idumæorum, *Non est in nobis vis obstitendi multitudini huic magne invadenti nos; nescimus quid facturi sumus, sed in te defixi sunt oculi nostri.* Et cum Psalmista: *nisi Iehovah adsuisset nobis cum insurgerent contra nos homines, tunc vivos nos absorbuissent &c.* Pl. 124, 3, 4, 5. Sed experti sumus nobis idem nunc quasi divinitus dictum esse sub clementissimo Rege nostro, quod olim Judæis sub Josaphato: *Vos ne timetote, neq; consternamini metu multitudinis magne istius, nam non vestrum est hoc prælium sed Dei,* 2 Par. 20, 15. Et apud Esajam: *Ne timeo quia tecum sum &c.* c. 41, 10 & 13. & cap. 43, 2. Non una hora, non unus dies sufficit enumerandis tot mirandis liberationibus; loquuntur eas & admirantur universi orbis Annales. Nos dicamus cum Psalte, ex eodem psalmo, *Benedictus Iehovah qui non exposuit nos prædæ dentibus eorum. Anima nostra ut avicula erepta est à laqueo aucupantium, laqueo effracto nos erepti sumus, Auxilium nostrum in nomine Iehove qui fecit cælum & terram* v. 6, 7, 8.

II. Qui nomen Dei norunt, videlicet quod ille sita-  
sylum

78  
58  
Fides in Deum  
sylum nostrum, arx editissima, propugnaculum, Qui suos non derelinquit, Qui sanguinem suorum requirit, Qui non obliviscitur clamoris & gemituum pauperum, ille spem & fiduciam in eo collocabit, ille confidenter dicet cum Davide è manu Saulis jam erepto: *Iehovah robur meum, petra mea, propugnaculum meum* &c. Ps. 18, 2, 3. *Nam turris robusta nomen Iehova* &c. Pr. 18, 10. *Qui huic confidunt nunquam confundentur*, Ps. 31, 1. *Hi in curribus, illi in equis (confidunt) nos verò nominis Iehovæ Dei nostri recordamur* &c. Ps. 20, 9. Cetera quæ ad hunc locum pertinent reservantur sequenti concioni.

III. Talem beneficiorum Dei commemorationem atq; ex eâ natam fiduciam indissolubili nexu consequitur *Gratiarum actio*. Dicit ergo David: *Ego in benignitate tua fiduciam habeo, exultet animus meus in salute tua*. Cantabo Iehovæ &c. Ps. 13, 6. & Ps. 18, 50, *idcirco celebrabo te in gentibus Iehovah, & nomini Tuo psallam*. Imo quotiescunq; beneficia Dei commemorat, in laudes eius exurgit. Sit loco omnium psalmus 136. *Celebrate Iehovam quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia ejus* &c.

IV. Hæc Dei laudes non corde tantum vel tacite mussitare debemus, sed etiam cantu, choro, & ubi haberi possunt, Organis & Instrumentis Musicis, ita ut omnia laudibus Dei personent. Suo nobis exemplo præit *Miriam* cum cæteris fæminis submerso Pharaone, Ex. 15, 20. *Israelitides cæso Goliatho*, 1 Sam. 18, 6. *Quin & ipse David*, arcam Dei præcedens, cum varii generis Instrumentis gestiebat coram Jehova, 2 Sam. 6, 5. Et cum arca deduceretur in templum à Salomone recens extructum, laudant Levitæ & Sacerdotes Jehovam tubis, cymbalis & quibusvis instrumentis Musicis, 2 Par. 5, 12, 13. Imo David inter Levitas certos instituit sacræ musicæ ordines, variq;

variūq; gēneris instrumenta musica iis assignavit, 1 Par. 16,  
17. Et talem musicam omnibus commendat David Psal.  
81, 2, 3, 4. 92, 2, 98, 5, 6. 108, 34. 149, 3. Davidis exemplum  
imitati sunt pii reges Josaphat, 2, Par. 20, 21, & Hirschias  
c. 29, 25. &c. *Impleamini*, inquit Paulus, *Spiritu Sancto, lo-*  
*quentes vobismet ipsis, in Psalmis, hymnis & canticis spiritualibus,*  
*cantantes & psallentes in cordibus vestris Domino.* Qui spiri-  
tu Dei destituuntur, vel semetipsos laudant, ut Phariseus  
Luc. 18, vel hominibus adulantur, ut populus Act. 12,  
22. hominesq; pro Diis celebrant ut faciunt hodie Papistæ.  
At qui spiritu Christi donati sunt, nesciunt laudare nisi  
Patrem Filium & Sp. Sanctum. Et ne quis putet Deum  
inani verborum strepitu & Musicorum concentu sine ul-  
lo pietatis affectu delectari, ideo addit *in cordibus vestris.*  
Nam talis cantio Deo gratissima est etiam sine vocum a-  
liqua modulatione. Sicuti Martyres cum corpora sua  
traderent diris tormentis excrucienda, etiam cum lingua  
extincta erat, hujusmodi cantionem Deo gratissimam, mo-  
dulabantur. At hypocritæ utut suaviter cantent, & mu-  
sico concentu homines delectent, nihil suis hymnis ac  
canticis à Deo impetrant, sed Musica eorum Deo abo-  
minanda est. *Amove* inquit Deus apud Amosum *cantico-*  
*rum tuorum strepitum, etiam melos nabliorum tuorum non au-*  
*diam*, c. 5, 23. At Musica quæ devota mente fit, modicè  
ac sobriè, Deo non potest esse non grata. Admonendi  
igitur sunt in civitatibus pueri ut inde à teneris annis Mu-  
sicam addiscant, nec non auditores ut, ubi Musica haberi  
possit, liberaliter conferant in eorum sustentationem qui  
ei præsent.

## Secunda Pars

*Preces continet pro beneficiorum præstitorum continua-*  
*tione*

100  
22

tionem v. 14. *Miserere mei Jehovab, respice afflictionem meam illatam ab osoribus meis, exaltans me de portis mortis.* Hic psalmista Deum rogat, ut sicut mirando modo eum liberarat à prioribus afflictionibus, ita porrò eum servare velit, à portis mortis i. e. præsentissima morte quam inimici ei intentant. Finem addit v. 15, *ut enarrem inquit, universam laudem tuam in Portis filie Zion; exsultem in salute tua,* h. e. ut materiam habeam laudes tuas decantandi, non in obscuro aliquo angulo, sed in portis filie Zion, seu congregationis Zion, vox enim Hebr. *Bath* utrumq; admittit sensum. Per portam locum conventus intelligit, ante portam enim in civitatibus populus cogi ac convenire solebat, & Judices jus dicere. Sensus ergo est eum in conventu frequentissimo & in media Ecclesia nomen Dei celebrare velle, ob præstitam sibi salutem exultare, & externis signis, cantu júbiloq; , internam animi lætitiã prædicare.

I. L. C. erit de oratione, quæ nihil aliud est quam *rectio mentis ad Deum cum studio quippiam ab eo impetrandi.* Unde patet Monachos & Moniales, qui Psalmos, etiam quos non intelligunt, decantant, & vulgus Papistarum, qui preces ignoti sermonis recitant, non orare, sed nomen Dei blasphemare, atq; in secundum præceptum impingere.

II. Locus est de gratiarum actione, quam divinus psalmes vers. 15 promittit, quæ ad Deum directa, si rectè consideres, etiam oratio seu petitio quædam est. Sicut inter homines, qui diviti gratias pro collatis beneficiis agit, tacitè provocat ejus liberalitatem ad majora largiendum. At cum Deo nemo ditior sit, nemo benignior, eum ad plura ac majora danda provocamus, quoties pro collatis devotas agimus gratias. Sed de gratiarum actione ut & precibus copiosius diximus in secunda Concione primi diei ex Deut, 26, part. 2 loco 2 & 3. & dabitur aliàs de iis amplior dicendi locus.

163  
1638

# SECUNDÆ CONCIONIS

In summa Miffa habendæ.

Ex *Pfal. XXXIII. verf. 13 usq; ad finem*  
brevis delineatio.

Proœmium itidem petatur ex Regiis literis.

## T E X T U S.

v. 13. *Ex cœlo prospicit Jehovab, videt omnes filios hominis &c.*

**T**otus hic Psalmus nihil aliud est quam generalis quædam formula agendi Deo gratias profummis atq; admirandis suis beneficiis, quæ ut olim inde à mundi exordio humano generi contulit, & etiamnum Ecclesiæ suæ quotidie confert.

Absolvitur autem tribus partibus, 1. exhortationem continet ad celebrandum Deum, non sola voce, sed & variis instrumentis Musicis. Non quod Deus sua natura hisce delectetur, sed ut nostrum prodant gaudium ac lætitiã, cujus indicia esse solent carmina & Musica instrumenta. Hæc facit David tribus primis versiculis.

Secunda pars rationes continet, quæ nos ad Dei laudes decantandas impellent, ubi David prolixum pertexit beneficiorum Dei catalogum, primò spiritualium v. 5 & 6. Deinde corporalium, qualia sunt, 1. omnium rerum creatio, quam consequi debet Dei timor & reverentia, v. 7, 8, 9, 2. Singularis providentia, quam declarat politia & Rerum publicarum, quæ Ecclesiæ ejus hospitium præbebunt, conservatione, v. 10, 11, 12. 3. Generalis providentia, qua totum mundum & omnes res humanas gubernat, à v. 13 inclusive usq; ad v. 20.

Tertia Pars conclusionem Psalmi continet, repetita cohortatione ad laudes Dei celebrandas quæ nititur spe atq; fiducia divini auxiliij & misericordiæ, postremis tribus ver-

E

sculis

*Et in videri*

ficulis. Huic concioni ex hoc Psalmo relicti sunt decem postremi versus, qui in duas partes dividi possunt. In priori David Providentiam celebrat, quâ universum mundum & actiones hominum dirigit & gubernat inde â v. 13 usq; ad 20. In posteriori motus consideratione tot beneficiorum & certitudinis divini auxilii cohortatur fideles ad tolerantiam in adversis, internam cordis lætitiã, firmamque spem ac fiduciam divinæ misericordiæ.

## Prima Pars.

v. 13. *Et cælo prospicit Jehovab, intuetur omnes filios hominum* &c. v. 14, 15.

Docuit Psal. v. 6 & 7. Deum omnia creasse, optimoq; ordine disposuisse. Sed sunt homines, qui licet hæc negare non possint, dubitant tamen, num Deus ulla rerum humanarum tangatur cura; cum enim varios rerum observent eventus, quod pii qui in munditia, ut psalmus loquitur, lavant manus sua, sæpe numero calamitatibus opprimantur; impii contra, & qui adversus Deum insaniunt, prospero floreat rerum omnium successu, debitare incipiunt, an Deus res humanas curet, adeo ut dicant: *quomodo cognosceret hæc Deus, aut sit notitia in excelsis?* Ps. 73, 11. lege psalmum ab initio, & Cap. 21 Jobi v. 6, usq; ad v. 16. Hisce respondet nunc David, *Et cælo, inquit, prospicit Jehovab* &c. v. 13, 14, 15. Sedes ipsi cælum adscribitur, ubi q. in folio suo sedens intuetur omnia inferiora, sicut Es. 66, 1. *cælum solium meum est.* Sed hæc humano more de Deo dicuntur, cum tamen *non longè absit ab unoquoq; nostrum, in ipso enim vivimus, movemur, & sumus,* Act. 17, 27. Dicitur autem is qui excelsior cælo est &c. Job. 11, 7. Et quem cæli cælorum capere nequeunt, 2. Par. 6, 18. h. e. qui cælum & terram implet & ubiq; est Ier. 23, 24. is inquam in cælo habitare dicitur ad designandam ejus eminẽ-

103.  
44

minentiam, sublimitatem, majestatem atq; omnipotentiam. Cœlum enim & corpora cœlestia inter omnia corpora suprema sunt, atq; adeo manifestissima infinitæ potentia ac Majestatis divinæ documenta. Hinc est quod filius Dei è cœlo descendisse dicatur cum se manifestaverit in terris, qui & ad patrem suum rediturus, cœlum versus ascendere conspiciebatur, Act. 1.9.

De hoc cœlo tanquam loco habitationis sue respicit nos Iehovah, intuetur omnes filios hominum, respicit omnes incolas terra, v. 13 & 14. Quin & ita eos respicit & intuetur, ut intelligat omnia opera eorum, v. 15 h. e. non tantum externas actiones, sed internas etiam animi cogitationes, omnesq; affectus. Neq; id mirum cum ipse formaverit patriter corda eorum, vers. eod. Svet. han böffer alles thetas hierta / Rectius han gör (eller hafwer giordt) tillkiffa thetas hierta; nam idem verbum hic habetur quod Gen. 2, 7. finxit Jeh. Deus hominem de pulvere terræ. Cordis autem appellatione in sancta lingua non tam carnea illa massa intelligitur, quam cor vocamus, sed mens hominis & vis intelligendi, quam Deus homini indidit, cum eum ad imaginem suam crearet, Gen. 1, 27. Sicut ergo divinus Psalter argumentatur Pl. 94, 9 & c. Plantator aurium, nonne audiet? formator oculi, annon intueatur? Qui docet homines scientiam an non cognoscat? Iehovah cognoscit cogitationes hominum. Ita hic: Qui finxit corda, etiam intelligit omnia opera eorum. Hoc est quod Salomon ait: Solus Deus novit animum filiorum hominis, 2 Par. 6, 30. Sed inquis, cum Deus hominum corda & renes scrutetur, qui fit quod Ecclesiæ hostes & Tyranni adeo nefanda adversus eam machinentur, quasi neminem habeant fraudum suarum inspectorem ac judicem? Hunc scrupulum tollit Psalmista, & ab omni metu nos liberat v. 16. inquiens: Non servatur Rex multitudine exercitus.

201  
Heros non servabitur multitudine roboris sui, v. 17. Fallax est equus ad salutem &c. Tria enumerantur præsidia, quibus hostes Ecclesiæ freti nos perfundare satagunt? 1. *Pedestres copie & numerosi militum exercitus.* 2. *Heroes seu fortissimi belli duces.* 3. *Equitatus expeditissimus.* Hisce inquam rebus freti Ecclesiæ Dei superbè insultant, sicuti Goliathus Israelitis, 1 Sam. 17. & Rablake Hirschæ, 2 Reg. 18, 19 &c. Sed quam nihili Deus bellicos hosce apparatus æstimet indicat Psaltes duobus his versiculis. *Nulla enim sapientia, nulla intelligentia, nullum deniq; consilium Deo obsistere potest. Equus aptatus ad diem prælii sed à Iehova est victoria,* inquit Salomon Prov. 21, 30, 31. *Jehovah est qui percutit omnes inimicos nostros maxillâ: dentes impiorum confringit.* Experientia non minus quam sacræ literæ docent, quam cito numerosissimi exercitus adverso Deo dissipentur. Quam facili negotio una febricula conficere possit ferocissimos belli duces. Quam fallax sit etiam generosissimus equus, & quoties contingat ut sessori fraudi sit, nam cadente equo sessor etiam altius cadit, inquit in hunc locum August.

Rejecto ergo humano, solius Dei præsidio confidentum esse docet v. 18. *Ecce oculi Iehova super timentes eum, sperantes in misericordia ejus v. 19. ut eripiat à morte animas eorum, & vivos conservet eos in fame.*

Hæc sunt peculiaria beneficia quæ Ecclesiæ à Deo præstantur. Duas proponit eorum notas, qui beneficiorum istorum participes reddentur. Prima quod *Deum timeant* h. e. eo cultu & eâ veneratione prosequantur quam in verbo suo requirit. Breviter, quod membra sint veræ Ecclesiæ, cum cæteri veræ Ecclesiæ sint hostes ac persecutores. Altera quod *spem & fiduciam collocent*, non in humanis viribus ut faciunt isti, sed *in Dei misericordia & protectione.*

Porro



Porro quænam quantaq; illa beneficia sint commemo-  
rat divinus Psalter. primum est quod *oculi Iehovæ non averti  
sint ab eis*, quod irati Numinis indicium esse solet, *sed con-  
versi ad eos*, quâ phrasi favor & benignitas Dei in S. literis  
describi solet. *Convertat Iehovâ faciem suam erga te & det  
tibi pacem.* Num. 6, 25, 26. *sint oculi tui aperti erga domum hanc  
noctû & interdum* rogat Salomo 1. Reg. 8:29. Secundum bene-  
ficium quod *animas eorum de morte erepturus sit*, scil. non  
temporali tantum, & instantibus vitæ periculis, sed & æ-  
ternâ, cum cæteri utraq; morte sint perituri. Tertium de-  
niq; quod cæteris fame tabescentibus, *pios in vita conser-  
vaturus sit.* Ethæ causæ sunt longè maximæ quæ justos &  
rectos animare debent ad laudandum Deum.

## LOCI COMMUNES


I. Ex v. 13, 14, & 15. Sicut precatio, ita & hymnus quo lau-  
des Dei decantamus, colloquium quoddam est cum Deo;  
discrimen hoc ferè est, quod ista pro objecto habeat Dei  
bonitatem, hic ejusdem magnitudinem & sublimitatem.  
Iam si tibi cum Rege sit loquendum, quanta cura & sollici-  
tudine tete componis ne quid eum, et si ipse quoq; mor-  
talis homo sit, vel corporis cultu, vel gestu, vel verbis of-  
fendas. Imò Majestatis, licet humanæ, reverentia, vocem  
simul ac mentem aliquando adimere solet. Quanto ma-  
gis nos divinam Majestatem revereri decet, quoties cum  
Deo nobis loquendum sit. Sicut itaq; quum Deum pre-  
caris, ita etiam quum laudes ejus hymno & cantico cele-  
bras, cogitabis, quod homunculus accedis ad thronum  
Altissimi. Quod pulvis & cinis sis, qui cum cœli & terræ  
domino loqueris. Et licet pius sis atq; apud homines ju-  
stus, coram Deo tamen omnium hominum justitia est  
quasi pannus menstruatus Es. 64, 6. Vilitatem ergo nostram  
Thronum div, Majstatis accessuri agnoscamus, & humi-

100  
101  
102  
103  
104  
105  
106  
107  
108  
109  
110  
111  
112  
113  
114  
115  
116  
117  
118  
119  
120  
121  
122  
123  
124  
125  
126  
127  
128  
129  
130  
131  
132  
133  
134  
135  
136  
137  
138  
139  
140  
141  
142  
143  
144  
145  
146  
147  
148  
149  
150  
151  
152  
153  
154  
155  
156  
157  
158  
159  
160  
161  
162  
163  
164  
165  
166  
167  
168  
169  
170  
171  
172  
173  
174  
175  
176  
177  
178  
179  
180  
181  
182  
183  
184  
185  
186  
187  
188  
189  
190  
191  
192  
193  
194  
195  
196  
197  
198  
199  
200  
201  
202  
203  
204  
205  
206  
207  
208  
209  
210  
211  
212  
213  
214  
215  
216  
217  
218  
219  
220  
221  
222  
223  
224  
225  
226  
227  
228  
229  
230  
231  
232  
233  
234  
235  
236  
237  
238  
239  
240  
241  
242  
243  
244  
245  
246  
247  
248  
249  
250  
251  
252  
253  
254  
255  
256  
257  
258  
259  
260  
261  
262  
263  
264  
265  
266  
267  
268  
269  
270  
271  
272  
273  
274  
275  
276  
277  
278  
279  
280  
281  
282  
283  
284  
285  
286  
287  
288  
289  
290  
291  
292  
293  
294  
295  
296  
297  
298  
299  
300  
301  
302  
303  
304  
305  
306  
307  
308  
309  
310  
311  
312  
313  
314  
315  
316  
317  
318  
319  
320  
321  
322  
323  
324  
325  
326  
327  
328  
329  
330  
331  
332  
333  
334  
335  
336  
337  
338  
339  
340  
341  
342  
343  
344  
345  
346  
347  
348  
349  
350  
351  
352  
353  
354  
355  
356  
357  
358  
359  
360  
361  
362  
363  
364  
365  
366  
367  
368  
369  
370  
371  
372  
373  
374  
375  
376  
377  
378  
379  
380  
381  
382  
383  
384  
385  
386  
387  
388  
389  
390  
391  
392  
393  
394  
395  
396  
397  
398  
399  
400  
401  
402  
403  
404  
405  
406  
407  
408  
409  
410  
411  
412  
413  
414  
415  
416  
417  
418  
419  
420  
421  
422  
423  
424  
425  
426  
427  
428  
429  
430  
431  
432  
433  
434  
435  
436  
437  
438  
439  
440  
441  
442  
443  
444  
445  
446  
447  
448  
449  
450  
451  
452  
453  
454  
455  
456  
457  
458  
459  
460  
461  
462  
463  
464  
465  
466  
467  
468  
469  
470  
471  
472  
473  
474  
475  
476  
477  
478  
479  
480  
481  
482  
483  
484  
485  
486  
487  
488  
489  
490  
491  
492  
493  
494  
495  
496  
497  
498  
499  
500  
501  
502  
503  
504  
505  
506  
507  
508  
509  
510  
511  
512  
513  
514  
515  
516  
517  
518  
519  
520  
521  
522  
523  
524  
525  
526  
527  
528  
529  
530  
531  
532  
533  
534  
535  
536  
537  
538  
539  
540  
541  
542  
543  
544  
545  
546  
547  
548  
549  
550  
551  
552  
553  
554  
555  
556  
557  
558  
559  
560  
561  
562  
563  
564  
565  
566  
567  
568  
569  
570  
571  
572  
573  
574  
575  
576  
577  
578  
579  
580  
581  
582  
583  
584  
585  
586  
587  
588  
589  
590  
591  
592  
593  
594  
595  
596  
597  
598  
599  
600  
601  
602  
603  
604  
605  
606  
607  
608  
609  
610  
611  
612  
613  
614  
615  
616  
617  
618  
619  
620  
621  
622  
623  
624  
625  
626  
627  
628  
629  
630  
631  
632  
633  
634  
635  
636  
637  
638  
639  
640  
641  
642  
643  
644  
645  
646  
647  
648  
649  
650  
651  
652  
653  
654  
655  
656  
657  
658  
659  
660  
661  
662  
663  
664  
665  
666  
667  
668  
669  
670  
671  
672  
673  
674  
675  
676  
677  
678  
679  
680  
681  
682  
683  
684  
685  
686  
687  
688  
689  
690  
691  
692  
693  
694  
695  
696  
697  
698  
699  
700  
701  
702  
703  
704  
705  
706  
707  
708  
709  
710  
711  
712  
713  
714  
715  
716  
717  
718  
719  
720  
721  
722  
723  
724  
725  
726  
727  
728  
729  
730  
731  
732  
733  
734  
735  
736  
737  
738  
739  
740  
741  
742  
743  
744  
745  
746  
747  
748  
749  
750  
751  
752  
753  
754  
755  
756  
757  
758  
759  
760  
761  
762  
763  
764  
765  
766  
767  
768  
769  
770  
771  
772  
773  
774  
775  
776  
777  
778  
779  
780  
781  
782  
783  
784  
785  
786  
787  
788  
789  
790  
791  
792  
793  
794  
795  
796  
797  
798  
799  
800  
801  
802  
803  
804  
805  
806  
807  
808  
809  
810  
811  
812  
813  
814  
815  
816  
817  
818  
819  
820  
821  
822  
823  
824  
825  
826  
827  
828  
829  
830  
831  
832  
833  
834  
835  
836  
837  
838  
839  
840  
841  
842  
843  
844  
845  
846  
847  
848  
849  
850  
851  
852  
853  
854  
855  
856  
857  
858  
859  
860  
861  
862  
863  
864  
865  
866  
867  
868  
869  
870  
871  
872  
873  
874  
875  
876  
877  
878  
879  
880  
881  
882  
883  
884  
885  
886  
887  
888  
889  
890  
891  
892  
893  
894  
895  
896  
897  
898  
899  
900  
901  
902  
903  
904  
905  
906  
907  
908  
909  
910  
911  
912  
913  
914  
915  
916  
917  
918  
919  
920  
921  
922  
923  
924  
925  
926  
927  
928  
929  
930  
931  
932  
933  
934  
935  
936  
937  
938  
939  
940  
941  
942  
943  
944  
945  
946  
947  
948  
949  
950  
951  
952  
953  
954  
955  
956  
957  
958  
959  
960  
961  
962  
963  
964  
965  
966  
967  
968  
969  
970  
971  
972  
973  
974  
975  
976  
977  
978  
979  
980  
981  
982  
983  
984  
985  
986  
987  
988  
989  
990  
991  
992  
993  
994  
995  
996  
997  
998  
999  
1000

temus nos sub potenti manu Dei ut ipsa nos exaltet in tempore convenienti. Nam quo quis magis se dejecerit, hoc Deo fit vicinior. Phariseus qui proximus propitiatorio, propriis meritis turgens, justitiam suam jactabat, procul a Deo aberat. At publicanus procul stans, propius ad Deum accedebat. Nam *quis est sicut Iehovak Deus noster, qui altissime habitat & humiles respicit in caelo & in terra, erigens e pulvere tenuem &c.* Pl. 113, 5, 6, 7. Jehovah cui coelum solium est, in pauperem intuetur & contritum spiritu, El. 66, 2.

II. Ex iisdem verbis sicut & vers. 18 & 19 veram haurient consolationem omnes pii & Dei timentes, hinc enim discunt divinam providentiam ad omnes homines eorumque actiones & studia extendi, praecipue vero ad Ecclesiam & vera ejus membra. Quorum curam Deus qui in altissimo habitat paterno plane modo suscipit, Matth. 6, 32. Quorum etiam capillos capitis in numero habet, Matth. 10, 30.

III. Discunt etiam hinc impii Deum metuere, ut si nolint virtutis amore, saltem poenae formidine a peccatis absterreantur: Nam Deus qui in caelis humano more residere dicitur, vindicem habet oculum, non tantum intuetur nos, & actiones nostras, sed cogitationes etiam nostras intelligit, quippe qui corda nostra finxit. *Anne Deus in propinquo sum &c.* inquit ipse Deus Jer. 23, 23, 24. Adde ex Pl. 139, v. 2, usque, ad vers. 13. Et ex Syrac. c. 23, 23, & seqq.

IV. Ex v. 16 & 17 Dicimus vana atque irrita fore humana praesidia si quis iis confidat, *Eritque* inquit El. *fortissimus quisque veluti stupa, & opus ejus velut scintilla, ardebitque ambo pariter, adeo ut nullus possit extinguere.* Adde ex Nah. cap. 3 v. 17.  Exemplo sunt exercitus Pharaonis  
Gen.

Gen. 14. Sythorum 2. Reg. 7, 6. Assyriorum Ef. 37, 36. Ho-  
lofernis, Judith 2, 11. & c. 15, 1, 2.

Contra, Deus, quibus favet eos æquè servare potest  
parvis copiis ac magnis, ut Jonathan armigero suo dicit  
1 Sam. 14, 6. Quod & Jonathani exemplum ostendit, ib.  
v. 14. Imo magnis copiis aliquando servare non vult. Ex-  
empla vide Jud. 7, 2, 7 & 1 Sam. 10, 26. Tu modo cura  
ut Deus tecum sit & à tua parte militet, ut in trepidè  
cum Davide dicere possis. *Iehovah lux mea salusq; mea à  
quo timerem?* &c. Ps. 27, 1, 2, 3. Adde ex Ps. 91, v. 1 usq; ad 8.

## Altera Pars,

In qua Psalmista quasi per epilogum ostendit in quem  
usum hæc de Deo & cognoscenda & decantanda sint.  
Videl. non aliam ob causam, nisi ut divinorum benefi-  
ciorum memoriâ & commemoratione excitemur ad to-  
lerantiam in adversis, spiritualem lætitiâ & firmam  
spem certissimæ liberationis ab omnibus afflictionibus,  
quod facit Psalmista v. 20 & 21. Sic tandem v. 22. tot-  
tum Psalmum precatione claudit.

v. 20. omnia illa beneficia prius commemorata stri-  
ctius & duabus vocibus complectitur. *Adiutor noster &  
scutum nostrum tu es.* Adiutor est in omnibus Pericu-  
lis & afflictionibus, juxta promissionem: *Ipsi adero in  
angustia* &c. Ps. 91, v. 15. cum autem *Iehovah adest mi-  
hi non timebo, quid faciet mihi homo?* &c. Ps. 118, 6, 7.  
*Graviter impulerunt me ut caderem, sed Iehovah auxilio  
mibi fuit* ib. v. 13. *Si Dominus nobiscum, quis contra nos?*  
Rom. 8, 31. Sic Deus dicit Isâco: *ne timeas, nam ego  
sum tecum*, Gen. 26, 24 & Iacobo: *Ecce ego sum tecum ut  
servem te quocunq; iveris*, c. 28, 15. Exempla Deut. 1, 31 &  
c. 32, 10 &c.

Deinde

Deinde sicut adjutor nobis adest in periculis, ita clypeus & scutum nostrum est adversus pericula. Abrahamo dicit: *Ne timeas Abram, ego clypeus sum tibi*, Gen. 15, 1. Sic Deus non permisit Labano ut damno afficeret Jacobum Gen. 31, 7. Sic Angelus Dei medium se collocat inter Israelitas & exercitum Ægyptiorum ne hic illis nocere possit. Ex. 14, 19, 20.

Hanc autem pro tanto beneficio requirit Deus gratitudinem, 1. ut *expectemus Jehovah* v. eod. h. e. cum auxilium nonnihil differri videtur & nos cruce voto nostro diutius premimur; non despondeamus animum, non deficiamus à Deo, non separemur à charitate Christi sed patienter toleremus crucem, *Beatus vir ille qui tolerat tentationes &c.* inquit Jacobus c. 1, 12. 2. *Ut lateatur cor nostrum.* 3. *Ut in nomine ejus speremus,* v. 21. Ita Paulus de justificatis fide ait, *Gloriamur de afflictionibus, &c.* Rom. 5, 3, 4, 5.

Tandem precatione Psalmum claudit atq; hisce verbis: *Sit misericordia tua super me, &c.* v. 22.

Spes quæ fidei fructus & individuus comes est vim suam hic ostendit, *sicut tibi sicuti credis* inquit Salvator Centurioni, Matth. 8, 13. Et mulieri Cananæ, *fides tua magna est, sicut tibi sicut vis*, Cap. 15, 28. ubi corporalia etiam beneficia hominibus conferuntur ad mensuram fidei. Ita & hic Psalter spes atq; fiduciam nostram quasi mensuram inducit divinæ beneficentiæ atq; misericordiæ. Faxit Deus, ut sicuti is sua nos complectitur misericordia, ita nos misericordiam exerceamus in fratres, ut concordibus animis misericordias Jehovah in æternum cantemus & miserationes ejus super omnia opera ejus, cui soli Laus & Gloria in secula seculorum Amen.

# CONCIO MATUTINA 189.

In diem tertium solennium precum & gratiarum actionis qui est XV Augusti. Anni M DC LXII.

## TEXTUS.

Es. XXVII, vers. 4, 5, 6, 7, 8.



Ap. 24 minatur Propheta Judæis ac terræ eorum extremam interneconem, populiq; abductionem, sed seq. cap. 25 hæc comminationes mitigat & temperat suavissimis Evangelicis promissionibus, quas etiam cap. 26 continuat. Atque in eodem argumento adhuc per totum hoc 27 cap. persistit. Consolatur enim Ecclesiam Christi munitq; adversus quasvis ærumnas quibus in certamine adversus hostes objicitur. Primum consolationis genus petit ab ultione adversariorum v. l. videlicet quod *in die illo*, h. e. cum Christus in mundum venerit regnum suum accepturus, *animadversurus sit gladio suo durissimo maximoq; ac validissimo*, i. e. Evangelio & potenti suo verbo: Hæc enim arma sunt militiæ ejus, non carnalia, sed divinitus valida ad destructionem munitionum &c. 2. Cor. 10, 4, 5, *In balanam serpentem oblongum & in balanam serpentem tortuosum*, h. e. in omnem sublimitatem tam spiritualem quam corporalem quæ extulerit se adversus Deum, sive vi, sive fraude, sive utraq; quæ omnia allegoricè hisce vocibus representantur, *in mari*, h. e. in fluctuante hujus seculi ætuario. Alterum consolationis genus ducit à felicissimo Ecclesiæ statu tempore Messie, cum cohortatione ad Ecclesiam, ut fausta quadam acclamatione sibi de eo

F

gratu-

gratuletur. *Die illa vineam rubentis meri acclamate ei.* Per vineam Ecclesiam intelligit sicut & supra c. 5, de qua ibi queritur Deus quod cum expectasset uvas, edidit labruscas. Hic verò describitur vinea, à feracitate generosissimi vini, quod à rubore in S. Scriptura commendari solet, Gen. 49, 12 & Pr. 23, 31. Hæc Ecclesiæ beatitudo etiam inde describitur, quod ipse Jehovah ejus curam agat, *eam custoditurus, tempestivè irrigaturus, & ne forte visitet eam sc: hostis, nocte dieq; conservaturus.*

Dicet aliquis si tanta vineam suam complectatur cura ut diu noctuq; eam custodiat, ne quis hostis eam invadat, qui fit quod tot periculis exponatur, tot calamitatibus ac persecutionibus sit obnoxia? In Ægypto non tantum majores natu durissima servitute premebantur, sed & infantes obruebantur aquis. Populus Dei in terram Canaan jam introductus sic ab Assyriis & Babylonis oppressus est, ut non tantum terra atq; adeo Metropolis eorum ad vastitatem redigerentur, sed & ipsi per orbem terræ dispergerentur & in durissimam conjicerentur servitutum. Erat ne hoc diu noctuq; custodire Ecclesiam? Quid accidit Ecclesiæ N. T.<sup>ii</sup> *Sanguine capit sanguine crevit, sanguine finis erit.* Non Apostoli tantum sed innumeri Martyres gravissima supplicia & acerbissimas persecutiones perpessi sunt. Videtur ne Deus curam agere Ecclesiæ suæ, eamq; custodire, cum sic finit eam vastari ac affligi? Ad tacitam hanc objectionem respondet Deus presenti hoc textu, & inprimis docet, quod hujusmodi adversitates quæ connivente Deo Ecclesiæ in hoc mundo accidunt, non proficiantur ab irato Deo, sed favente ac propitio, nec cedant in Ecclesiæ interitum, sed majus emolumentum. Hæc facit v. 4 & 5. Deinde hæc generaliter dicta accommodat ad Jacobæos seu Israelitas, qui sub

sub paterna Dei castigatione alias agunt radices & ma-  
gnam accipiunt incrementum, v. 6, 7, 8.

## Pars Prior,

De eximio Dei favore quo Ecclesiam suam  
complectitur.

*Indignatio non est mihi, Jehovah loquitur, quis  
dederit mihi spinam & veprem ad praelium? concul-  
cabo eam & succendam eam simul. Sin apprehende-  
rit robur meum, facturus pacem mecum, pacem fecerit  
mecum.*

Verba intricatiora nonnihil sunt & variè exponuntur  
ab interpretibus. Videtur hic genuinus esse sensus: Etsi  
permitto vineam meam ab apris alijsq; bestiis vastari, i. e.  
ab impijs hominibus premi (manet enim in coepta alle-  
goria de vinea) non ideo irascor vineæ meæ, nec mihi  
animus est eam deserere, perdere & opprimere; sed per  
afflictiones quæro ejus salutem. Cupio bellum gerere,  
non adversus bonas ac feraces vites, quas integras & il-  
lasas conservo, sed adversus spinas & vepres quæ viti-  
bus impedimento sunt. Vites puto quidem ac purgo  
quò copiosorem ferant fructum; spinas verò extirpo,  
conculco, & in ignem conjicio. Vel si cognita mea for-  
titudine sese mihi submittant, mihiq; morem gerant atq;  
adeo pacem mecum faciant, pace omnino fruuntur, ita  
ut aut paxillos ex ijs faciam, ad quos vites alligentur,  
aut sepem quâ vinea muniatur.

### LOCI COMMUNES.

Duo hic observamus. Primum, cum Deus permittit  
ut Ecclesia ejus affligatur, non id intendit ut pereat, sed  
ut per afflictiones servetur. Irascitur quidem omnino

101  
129  
Deus peccatis nostris, ac poenas nobis iniungit, verum ita  
ejus non est tyrannica sed plane paterna. Nam quem-  
admodum agricola putans vitem falce, non odit eam,  
nec perdit, sed fovet & promovet, ut copiosiore edat  
fructum, ita Deus immittit suis afflictiones, non ut pere-  
ant, sed ut veram consequantur salutem. Nam momen-  
tanea est ira ejus, vita vero in beneplacito ejus: ad vesperam  
&c. Ps. 30, 5, 6. Et apud Esaiam inquit Deus, ad momen-  
tum parvum deliquisti, &c. cap. 54, 7, 8. Et Hoseas cap.  
6, ita Ecclesiam introducit loquentem; Venite revertamur  
ad Iehovam, nam ipse rapuit, & curaturus est nos: percussit, &  
obligaturus est nos. Non repellet inquit Jerem. in Threnis  
in sempiternum Iehovah, &c. c. 3, 31, 32, 33. Exempla nobis  
abunde suppeditant: tam sacrae literae quam historia Eccle-  
siastica. Pharaoni animus erat populum Dei penitus de-  
lere cum projiceret infantes in profluentem, & populum  
immani servitute premeret, sed quanto magis opprimebat  
eos, tanto magis multiplicabantur, Ex. 1, 12. Babylonij in  
devastatione Hierosol. cogitabant veri Dei cultum peni-  
tus abolere & gentem illam e medio tollere; sed ea re  
Deus promovebat nominis sui gloriam & Ecclesiae  
suae multiplicationem. Judaei & gentes cogita-  
bant revelatum Evangelium & recens natam Ecclesi-  
am Christi prorsus pessundare, sed in mediis afflictioni-  
bus Evangelii lux magis magisque enituit, & Ecclesia di-  
latata est. Haec & similia exempla nobis in adversis ob-  
oculos ponenda sunt; ut excitemur ad fidem, invocatio-  
nem, obedientiam, & patientiam. Omnium autem ma-  
ximè nos ad haec excitabit exemplum ipsius Christi, quem  
Deus exquisitissimis cruciatibus objecit, non ut perderet,  
sed ut servaret eum, imo ut per eum servaret universam  
Ecclesiam.

Alterum



193  
89  
Alterum est, quod Deus Ecclesiae suae hostes veluti spinas & vepres in vinea sua, vel prorsus eradicet & in ignem conjiciat, vel si eos ad tempus toleret, cogat vineae suae vel nascios inservire. Exemplo nobis est Pharaos, ad cuius crudelitatem Deus diu connivebat, sed id sua crudelitate tamen effecit Pharaos, ut populus Dei sub onere Deum invocaret, ad libertatem anhelaret, ac patrios Lares desideraret, cum aliter vix adduci potuisset ut vocationem Dei ad occupandam promissam Patribus terram Canaan sectaretur. Nebucadnesar veluti acuta spina afflixit populum Dei, & metropolim ejus solo aequavit; sed hac spina Deus mirifice usus est ad dilatandam gloriam nominis sui, & amplificandam Ecclesiam, de qua re legantur cap. 2 & 4 Danielis. Paulus ante conversionem veluti acuta spina persecutus est Ecclesiam, sed postea factus est generosissimus palmet in vinea Domini. Non ergo in adversis despondeamus animum, sed intueamur Dominum Deum nostrum, qui nos in mediis afflictionibus servat, hostes vero & persecutores nostros vel opprimit prorsus, vel inservire cogit Ecclesiae usibus ad suorum salutem.

## Pars Altera,

Qua fit accommodatio ad Populum

Israeliticum.

*V. 6. Venient dies cum radices aget Jacob &c.*

Ostendit Propheta, quo animo Deus populum suum affligat, & quis sit afflictionis istius finis. Persistit autem incepta allegoria de vinea, ostendens, quod etsi variis modis saeviant in vineam Domini hostes, cupientes eam funditus perdere, Deus tamen, qui curam ejus gerit, faciet Iaco-

bum, seu Israelum suum tanquam feracem palmitem radices  
 agere, florere & copiosum ferre fructum. Sed quomodo id  
 fieri potest in tantis afflictionibus? Respondet Propheta v. 7.  
*Num juxta percussione percussientis eum, percutiet eum  
 seu, an ut percussit percussorem ejus, percutit eum? An ju-  
 xta interfectionem intersectorum ejus, seu, An ut interfecti  
 sunt interfecti illius, interficietur?* Svec. Mon han  
 slåå honom såsom han slår hans fiende? Mon han  
 dråpas såsom hans dråpne dråpte warda? Mode-  
 rate dimittendo eum contendis cum eo, Aufert Jehovah  
 spiritu suo duro supervacanea, cum flat orientalis. Id-  
 circo hac re expiatur iniquitas Jacobi, v. 9. Et hic est  
 totus fructus ut amoveat peccatum ejus. Medh måått  
 dömer tu honom och låter honom löös. Han bortta-  
 ger medh sitt hårda wäder när Östanwådret blåås /  
 Öhersöre &c.

Sensus est: Deus non affligit eos eo modo, quo hostes  
 ejus affligere solet, nec occidit eos, sicut hostes Ecclesiæ oc-  
 ciduntur. Hostes Ecclesiæ hostili animo & affligit & oc-  
 cidit, sicuti Pharaonem, primum decem plagis, deinde sub-  
 mersione in mare rubrum, atq; adeo æternâ internecio-  
 nē. Sed Jacobum, id est Ecclesiam suam, planē paterno animo  
 affligit, & cum pios neci dat, animas ab interitu conser-  
 vat. Ad mensuram seu moderatē contendit cum eo. In-  
 star Medici qui ægroto poculum medicum propinat, qua-  
 le ægroto salutare esse novit, ut sic ægrotus morbo leva-  
 tus dimittatur, & sanitati restituatur. Et quum Deus sinit  
 vineam suam perflari duro & urente vento, qualis esse  
 solet orientalis, premit quidem, sed non opprimit vineam  
 suam, eam liberando à supervacaneis & perniciosis, reli-

195  
90  
qua fovet ac conservat. Deniq; huc spectat omnè Dei consili-  
um, ut Ecclesia per tot ærumnas & calamitates discat peccata  
sua agnoscere, respicere & omnem impietatem deponere.

## LOCI COMMUNES,

I. Ut discamus, quo animo & quo fine Deus Ecclesiam  
tot persecutionibus ac calamitatibus obijciat, & quò dis-  
crimine pios ac impios affligat, nimirum illos amico, hos  
hostili animo; illos ut servet; hos ut perdat. Quoniam  
ego tecum sum, ait Jehovah, ut servem te, quia consum-  
mationem faciam in omnibus gentibus ad quas pepuli te,  
At tecum non faciam consummationem, sed castigabo  
te in judicio (vel modicè) non autem prorsus relinquam  
te impunem, Ier. 30, 11. confer cap. 46, 28. Huc adhiberi  
poterit vniversus ille locus, de commodis & utilitatibus cru-  
cis paternæq; castigationis.

II. Deus nunquam immittit Ecclesiæ suæ ejusq; mem-  
bris afflictionem, quin prius determinaverit modum &  
mensuram istius afflictionis, ut & rationem liberationis. Fi-  
delis enim est Deus, qui non sinit nos tentari ultra id quod  
possumus, sed unà cum tentatione præstabit etiam exi-  
tum, 1 Cor. 10, 13. Ille vagationes nostras in numera-  
to habet; ponit lacrymas nostras in utre suo, Ps. 56, 9.  
Multæ sunt afflictiones justis, sed ab omnibus istis eri-  
pit eum Jehovah. Servans omnia ossa ejus, unum ex  
illis non frangetur, Ps. 34, 20, 21. Somnium Josephi in  
paterna domo, ostendit Deum non ante decrevisse ei  
servitutem & captivitatem, quam excogitarit rationem  
liberationis & exaltationis, Gen. 37, 7, 9. c. 50, 20. Sic non  
servitutem tantum sed & liberationem Israëlitarum Deus  
determinavit & prædixit, Gen. 15, 13. Ita Christus non  
tantum passionem, sed & introitum in gloriam, à Mose  
Prophetis & Psalmis prænunciata docet, Luc. 24.

III. Affli-

201 190  
III. Afflictiones quibus in hac vita exercemur saluberrima medicina sunt quâ à peccatis, idolatria & omni impietate liberamur. Non quod nostræ afflictiones expiationes sint peccatorum. Una afflictio Filii Dei expiavit peccatum totius Mundi. Sed ideo per afflictiones peccata nostra expiari dicuntur, quod ducunt nos in cognitionem peccati, excitant nos ad quærendam peccatorum remissionem, ut peccata in posterum fugiamus, atq; intra officium obedientiæ & vocationis nostræ contineamur. Sic Deo dilectissimus David regno expulsus est, passus ludibria, convicia, & publica uxorum stupra, ut magnitudinem peccati sui cognosceret, doleret, atq; in posterum sedulò vitaret, atq; sic suo exemplo alios ad vitæ honestatem incitaret. Sic Manasses in vincula coniectus, est non ut periret, sed ut agnita peccatorum magnitudine servaretur. Paulo datus est Angelus Sathanæ, qui ideo eum affligeret, ne ob revelationum excellentiam superbiret, sed ut agnosceret infirmitatem suam & æternum servaretur. Fiat applicatio ad nostræ Ecclesiæ persecutionem & inde admirabilem liberationem, ex prioribus concionibus.

CONCIO

In summa Missa ad diem Tertium solennium  
precum & gratiarum actionis, qui est 15 Aug.

Anni 1662.



Uxtra tenorem Regii mandati ter-  
tium nunc celebramus solennis gratiarum  
actionis, solennium precum, & publicæ  
pœnitentiæ diem. Si Dei beneficia me-  
moriam repetere conemur, comperiemus  
ea magnitudine & numero omnem dicendi vim & fa-  
cultatem superare. Gratia Deo debentur ob liberatam  
à tot tamq; potentibus hostibus patriam, concessam pa-  
cem, & ad hunc usq; diem sartam tectam nobis conser-  
vatam: ob depulsam à patriæ finibus pestem quæ in fi-  
nitimis regionibus horrendum in modum grassata est:  
ob sedatam sævam tempestatem & acerrimum frigus  
quò seges integro Majo vehementer premebatur, adeo  
ut nulla nobis relinqueretur annonæ spes. Nunc su-  
pra omnium expectationem colles exultatione accingun-  
tur, & convalles obteguntur tritico variiq; generis fru-  
mento. Quid adhæc dicemus nisi cum Patriarcha: Mi-  
nores sumus cunctis miserationibus tuis, omniq; fide quam  
servis tuis exhibuisti, Gen. 32, 10. & cum Psalmista; quid  
rependam Jehovæ? omnia beneficia ejus superant me.  
Poculum salutis accipiam & nomen Jehovæ prædicabo,  
Psalm. 116. Deinde cum consideramus quantis in pe-  
riculis versetur patria nostra, Ecclesia Christi, adeoq; u-  
niversa hominum vita, & quam tutum nobis in omni-  
bus malis præsidium sit auxilium Dei, quod nobis pa-  
ratum fore ipse pollicitus est, si id ardentibus votis flagi-  
temus, confugiendum nobis erit ad unicū illud remedium

109.  
47

110  
723  
931  
pias ac devotas preces, quibus à Deo impetramus quæ-  
cunq; conducant ad hujus & futuræ vitæ felicitatem. Idq;  
faciamus quamdiu in hisce periculis versamur, h. e. sem-  
per, sed præcipuè hoc solenni precationis die. Deniq;  
eum peccata nostra nobiscum reputamus, quibus beni-  
gnissimum Deum ad iram atq; vindictam indefinenter  
provocamus, quid nisi bella, famem, pestem & qualvis  
calamitates nobis impendere arbitrabimur? Audimus,  
proh dolor, horrenda omina tam intra quam extra pa-  
triam futurarum calamitatum & ingentium malorum præ-  
nuncia. Superioris Mensis die 12 inde ab octava hora  
matutina usq; ad solis occasum Puteus aqua repletus pro-  
pe Liacopiam in sanguinem conversus, qui per noctem  
in hepatis speciem condensatus est, horrendum incolis  
ac viatoribus præbuit spectaculum.

Rugiret ne leo in sylva si præda nulla adsit ei? An edi-  
turus esset juvenis leo vocem suam, nisi si capturus esset?  
Am. 3, 4 &c. Horrendum hoc & similia omina quid  
portendere putatis nisi eadem & sanguinem incolarum?  
Cur hæc Deus prænunciaret, nisi ut poenitentiam agamus  
& improbæ vitæ emendatione eum ab infligenda poena  
revocemus? Momento loquor contra gentem & contra  
regnum &c. Jer. 18, 7, 8, 9, 10. Si audiveritis me, bonis ter-  
ræ fruemini; si verò contumaces fueritis, gladio devorabi-  
mini, quoniam os Jehovæ locutum est, Et. n. Agamus ita-  
que poenitentiam dum veniæ locus est; Seria poenitentia  
nunquam est sera. Sed cum hæc præstare non nostra-  
rum sit virium, Deum ardentem oremus ut Spiritus sui  
gratia nobis adsit, id faciemus primò consveto Hymno,  
Herre Gudh Sader stat of bj. Deinde oratione Dominica.

TEX-

# TEXTUS

Ex Esaja XLVIII, vers. 17 usq; ad finem cap.

Superius caput 43 duo principalia continet membra. Prius est de liberatione populi Judaici ex capt. Babylonica. Alterum de instauratione regni Christi. Super hæc duo membra totidem conciones instituit Propheta, priorem de solvenda captivitate, inde à vers. 6 cap. 44, usq; ad initium cap. 49. Posteriores persequitur ac continuat usq; ad finem Prophetiæ. Prioris concionis exordium continetur toto capite 44. Narrationem rerum gerendarum juxta divinum decretum pertexit c. 45, 46, 47, 48 usq; ad v. 12. sequitur confirmatio inde usq; ad vers. 17. Quarta & ultima pars hujus concionis est conclusio, 6 postremis hujus cap. comprehensa versiculis, qui huic concioni deputati sunt. Continetq; duas partes. Prioribus tribus versiculis in pauca verba confert summas benedictiones Judæis eventuras si divinis præceptis paruerint. Posterioribus summam repetuntur res ante promissæ, de summa Dei erga populum suum beneficentia, & de miserimo hostium Esolæ statum.

## Pars Prior

Continens summam beneficia Dei populo

præstanda si voci Dei obedierint:

Præmittit autem Propheta huic commemorationi pauca v. 16 de vocatione sua, quò verbis suis, veluti legati Dei, fidem conciliet & auctoritatem. *Accedite inquit ad me, audite hoc: non à principio vocationis meæ in occulto locutus sum. Ex quo tempore fuit hoc, ibi sum.* Verba obscura sunt, at sensus clarus, si modo hæc tribuenda sunt

112  
Prophecia (nam alii ad Deum Patrem, alii ad Christum  
ea referunt) q. d. ex quo tempore ad Propheciae munus  
vocatus sum, stationem hanc meam non deserui, sed ver-  
bum Dei ex ore ejus acceptum retuli ad vos, uti supra  
etiam de se loquitur c. 21, 8 & 10. *Et nunc Dominus  
Jehovah misit me & Spiritus ejus.* q. d. non curro nisi  
vocatus, nec loquor nisi ex ore ejus, spiritu ejus ad lo-  
quendum afflatus. Sic Christus dicit: *non vos estis qui lo-  
quimini, sed spiritus Patris mei loquitur in vobis*, Matth. 10, 10.  
Et Paulus; *Puto quod & ego Spiritum Dei habeam.* Adde 2  
Pet. 1, 20, 21.

Hæc quæ concioni suæ præmisit Esajas, attentionem  
in nobis etiam excitabunt, ut non somnolenti & q. aliud  
agentes Propheticam hanc concionem audiamus, nec ut  
hominum sermonem, sed ut ipsius Dei verbum, omni stu-  
dio ac fide. Concionem ergo suam sic orditur v. 17.  
*Sic ait Jehovah vindex tuus, sanctus Israelis.* q. d. non  
homo est qui loquitur, non Angelus, sed ipse Jehovah.  
Tribuuntur autem ei insignia epitheta *Vindex* seu *redem-  
ptor*, quod nomen filio Dei humani generis redemptori  
passim tribuit V. T.; Scriptura. Scio inquit Jobus *quod re-  
demptor meus vivat*, c. 19, 2. quamvis hæc redemptio opus  
sit omnibus Trinitatis personis indivisum, sicut in tota hac  
concione Deus vocatur *Goel* redemptor Israelis. Vocatur  
etiam *Sanctus Israelis*. primò quod Israeli ejusq; posteris  
peculiariter se revelarit eumq; sibi in peculium elegerit;  
Deinde quod apud eos instituerit sanctum sui cultum sa-  
crasque ceremonias quibus sanctificaretur. Tertiò  
quod ex eorum gente Christus oriundus esset, qui inter  
eos sacrificium suum in humani generis redemptionem  
peragere deberet. Imo qui solus futurus erat vera sanctitas  
& justitia nostra, qui in se credentes sanctos & justos faceret.



113. 41  
49

Tria autem hic commemorat quibus singularem suum erga populum Judaicum declarat affectum. Primò peculiarem erga illos gratiam ostendit quod eorum sit Deus, volens eos docere ac dirigere, Secundo, quod vehementer desideret eorum salutem. Tertio quod summa ad eos redundaret utilitas si præceptis ejus obedire vellent.

*Ego Iehovah Deus tuus sum, juxta promissionem scilicet Abrahamæ factam Ego ero Deus tuus & seminis tui post te, Gen. 17. Doceo te utilia, dirigo te in via quâ ambules.* Dirigendo homines in via qua ambulent, docet eos utilia, & vice versa, alterum alterius est ἑξήγησις. Insigne hoc Dei beneficium, quod is qui poscit à populo suo ut rectè vivat, etiam docere eum ac dirigere dignetur. Hoc docendū munus bifariam administrat, primò externo verbi ministerio, concione tam legis quam Evangelii. Deinde interno afflatu, ut quod foris auditur intus corde percipiatur. Et hoc est omnes in N. T. Θεοδιδάκτος fore, id est, à Deo doctos, Joh. 6, 45 ex Jer. 31, 33, 34.

Vehementer cupidum se esse eorum salutis ostendit v. 18. *Utinam attenderes ad præcepta mea.* Planè paternum hic exprimit affectum. *Admonemur,* inquit Wolfg. Musculus utut sectæ Calvini addictus, *nolle Deum mortem ac perditionem nostram, sed placere ei ut rectè viventes servemur, & in hunc finem dedisse doctrinam salutis.*

Observamus hinc Deum non exactam requirere à populo suo legis observationem, sed saltem attentionem, & possibilem observantiam, quam hactenus Judæi non præstitērunt, sed rejecerunt & doctrinam & doctorem salutis. Verum de hac legis observantia lege quæ scriptissima in prima concione primū diei & partis primæ expositione.

*Esset sicut fluvius pax tua, & justitia sicut fluctus maris, & fuisset velut arena semen tuum, & prognati ex visceribus tuis sicut lapillæ*

114  
lapilli ejus: non excinderetur neq; perderetur nomen ejus a  
conspetu meo. Continet hoc Dei votum tacitam quan-  
dam querelam super Judæorum inobedientia, quod sic-  
ti dictum est, ad Dei vocem in ministerio verbi proposi-  
tam animum non attenderent, sed ut rem parvi momen-  
ti rejicerent ac contemnerent. Hunc contemptum con-  
secuta gravissima est pœna, Pax publica domi forisq; tur-  
bata erat, domi intestinis odiis, foris hostium incurfioni-  
bus. Adhæc nulla erat inter eos justitiæ administratio, sed  
dominabatur summa injustitia. Deniq; semen Israelis  
vehementer attritum erat, primo decem tribuum abductio-  
ne ab Assyriis in perpetuam captivitatem, deinde tribus  
Judæ per crebras hostium irruptiones ad magnam pauci-  
tatem redacta, quæ omnia cum Dei promissionibus Abra-  
hæ factis adversa fronte pugnare videbantur. Faciam inquit  
Deus te in gentem magnâ, & iterum: benedicam benedicen-  
tibus tibi ac maledicam maledicentibus tibi, Gen. 12, 2, 3. i. e.  
habebo tecum communes & amicos & inimicos. Item:  
multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli, & sicut are-  
nam quæ est in litore maris. Sed Deus hunc scrupulum  
adimit ostendens culpam non penes se esse, qui vehemen-  
ter cupit eorum salutem, sed penes illos, cum per eorum  
inobedientiam non licuerit ei benè illis facere. Nam si  
voci Dei obedientes fuissent, vel saltem animum atten-  
dissent ad præcepta ejus, tum *instar fluminis fuisset pax tua,*  
i. e. perennis, sicut fluvius qui nunquam fluere desinit,  
*Et justitia tua sicut fluctus maris,* i. e. continenter & sine in-  
terruptione, quemadm. fluctus maris alii alios continuo  
excipiunt. *Et semen tuum fuisset velut arena* &c. h. e. in im-  
mensum exerevisses, & multiplicatus fuisses, ita ut even-  
tus promissioni examussim respondisset.

*Non excinderetur*

*non*

*e mea  
seu*

115: 111  
115.  
50

seu conspectu meo. Facies Dei hic locum, ubi Deus instruit sui cultum, designat, sicut & Gen. 4, 14. qualis locus tunc erat Zion seu Hierusalem. Continent ergo hæc verba gravissimam comminationem perpetuæ exterminationis à facie Dei, i.e. à loco divino & solenni Dei cultui consecrato. Cui comminationi eventus respondit, partim in deportatione Judæorum in capt. Babylonicam, partim & omnium maximè cum Hierosolyma & universa gens Judaica extrema internecione à Romanis deleteretur. Omnes hæc calamitates facilimè evadere potuissent Judæi si ad præcepta Dei attendere voluissent.

### LOCI COMMUNES.

I. Consolationis plenum est hoc epitheton Dei, quod nolit vastator & oppressor vocari, sed Vindex noster, Servator, Redemptor. Quare etsi videatur aliquando Ecclesiam suam vastare & opprimere, sciamus eum tunc non facere opus suum, sed opus alienum, Es. 28, 21. Non enim affligit ex animo &c. Thr. 3, 33. Scio inquit apud Ierem. cogitationes quas ego cogito super vos. cogitationes pacis & non afflictionis.

II. Ex vers. eod. admonemur Verbum Dei unicam esse & credendi & vivendi normam, omnibus salvari cupientibus: nam si ductus humane rationis nobis pro norma sufficeret, quorsum verbum suum nobis dedisset Deus, quò nos utilia doceret, atq; in via dirigeret quâ nobis incedendum erit. Nam extra cæleste hoc verbum ratio plane cæca est, & animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei, 1 Cor. 2, 14. Cum ergo firmum habeamus propheticum sermonem, &c. 2 Pet. 1, 19. Est enim Verbum Dei Lucerna pedibus nostris, & lux ad iter nostrum, Ps. 119, 105. & quam primum hac luce destituimur, in præcipitia abducimur, & tandem in æternas tenebras præcipitamus. Oremus, ergo cum discipulis: vespera jam venit, nobiscum Christe maneto, Extingvi lucem nec patiare tuam.

III. Discimus etiam hinc quanta præmia obedientibus proposita sint, & quam horrendæ poenæ contumacibus, Sed hæc doctrina itidem ex matutina concione primi diei peti potest.

ALTE,

Verbum Dei  
norma credendi &  
vivendi

## ALTERA PARS

In qua vaticinatur de latissimo Judaici populi è captivitate Bab, exitu,  
& simul de tristissimo statu hostium Ecclesiz.

V. 20. Exite è Babel, fugite à Chaldæis, voce exaltationis annunciate ac dis-  
vulgate hoc, efferte illud usq; ad fines terræ: dicitè Redemit Jehovah servum su-  
um Jacobum. v. 21 Non sitient &c.

Primò proponitur Prophetica exhortatio quâ Judæos quasi in rem presen-  
tem adducit, & præmonet de ventura liberatione, perinde ac si jam essent in Ba-  
bylone captivi, & jam instaret liberationis tempus. Fugite inquit, nemo  
pe duas ob causas, primò ne ab oppressoribus suis lædantur, deinde ne unâ cum  
illis pereant, posterior tamen causa potior est, nam in eam sententiam eandem ex-  
hortationem inculcat Jer. c. 51, 6 & 45. quam etiam imitatur Johannes in Apoc.  
accommodans eam ad spiritualem Babyloniam, c. 18, 4. Ubi duæ assignantur fugæ  
istigausæ, 1 ne contagio peccatorum insciantur, 2 ne pœnæ societati implicentur,  
Sic ob imminentem Dei vindictam jubetur Loth9 Sodomâ excedere Gen. 19. Deinde  
vult lætum hoc nuncium magna exultatione longè latèq; efferrî, quò pertinet  
verborum ejusdem significationis coacervatio annunciate, divulgata, efferte.  
Tertiò paternam Dei de redeuntibus ex captivitate describit curam.

Vers. 21. Non sitient cum per solitudinem deducit eos, aquas è rupe profundè  
eis, quasi siederit rupem ut aqua fluat,

Promiserat etiam cap. 43, 19 & 20 ut è captivitate liberati incedant per deser-  
tum absq; ulla sitis molestia, sed his verbis peculiariter respicitur ad iter populi  
Israelitici, q. d. Deum non minus mirabiliter illis de viatico prospecturum,  
quam olim prospexit majoribus eorum ex Ægyptiaca servitute liberatis.

Postremo miserrimum hostium Ecclesiz statum ultimo versu describit. Nulla  
inquit Jehovah pax est improbis, Sic inf. c. 57, ad fin. cap. Improbi ut mare pro-  
pulsus erunt; nam quiescere non potest, & aquæ ejus expellunt cænum & lutum  
Ita nulla est pax inquit Deus meus improbis, Elegans similitudo, nam sicut mare  
non tantum externis flatibus, sed etiam interno motu, fluxu ac refluxu agitatur,  
& hoc suo motu cænum expellit; ita etiam Improbi & interno metu, & adven-  
tizio impulsu agitantur: sic Kaino hanc fratricidii pœnam denunciavit Deus  
quod vagus & infensus agitationibus futurus esset in terra Gen. 4: 12. quâ  
descriptione & corporis & animi instabilitas innuitur, orta ex diris conscien-  
tiæ terroribus. **LOCIS COMMUNES;**

1, Ex v. 20, Sicut Judæis præcipitur ut jam è Babylone liberati hoc beneficium  
canora voce & magna exultatione usq; ad fines terræ annunciant, quò vides  
licet omnes gentes cognoscant Deum mirabiliter redemisse populum suum ex  
diuturna captivitate, Ita nos à periculis redempti divina beneficia summa lætitia  
celebrare ac deprædicare debemus, Facta Dei inquit Tobias honorificis celebra-  
te sermonibus, nec dubitetis ei laudes agere, Arcana regis celasse pulchrum est;  
contra verò opera Dei palam proferre honorificum, c. 12, 7, Non poscit à nobis  
victimas pecudum, sed vitulos laborum, sacrificium laudis, Et si hoc faciendum  
è? ob temporalem liberationem ab externis hostibus alijsq; periculis, Multo ma-  
gis id à nobis requiritur ob liberationem è captivitate infernali, quod nos à tene-  
bris regni Satanæ in admirabilem lucem suam vocarit, 1 Pet. 2, 9.

Ceteros charta non capit,